Opus: Ioannis Scolaſtici : Quod Clímax: Sceu Scala Paradíſí Nuncupatur.



S. Marię in Portica

PREFATIO AMBROSII Monachi i trãſlationem Iohannis ſcolaſtici in eum librum: q climax dicitur.
Vita ioannis ſcolaſtici sub compendio a daniele monacho ſcripta.
Epiſtola Iohannis abbatis Raitu ad iohannem abbatem montis ſynai scolaſticum cognominatum.
Prephatio iohannis scolaſtici i librum qui climax dicitur renunciatione.
Sermo primus de inanis uite.
De uacuitate affectionum Sermo secũdus
De peregrinatione tertius sermo i quo de somniis que rudes adhuc sequi solent.iii.
De btã sẽperq; memorabili obediẽtia. iiii.
De sollicita & accurata penitentia. v.
De memoria mortis.Gradus. vi.
De luctu gaudii opifice.Gradus. vii.
De ire uacuitate & mãſuetudine.Gra.viii.
De memoria iniuriarum. Gradus ix
De detractione.Gradus x
De loquacitate.Gradus. xi
De mendatio.Gradus xii
De accidia.Gradus xiii
De famoſiſſima ac neq; domina gulla. Gradus xiiii
De incorruptibili pudicitia ex caſtitate q̃

mortales atq; corruptibiles laboribus sibi ac sudoribus querunt Gradus. xv
De auaritia uit de nuditate rerum omnium Gradus. xvi
De insensibilitate uidelicet mortificatiōe anime & morte mentis ante mortem corporis. Gradus xvii
De somno & oratione & psalmodia in cōuentu. Gradus. xviii
De corporalibus uigiliis qualiter arripiende & exercende sint. Gradus. xviiii
De ignauia formidine. Gradus. xx
De multi formi concordia. Gradus xxi
De superbia. Gradus. xxii
De ineffabilibus cogitationibus blassemie Gradus. xxiii
De mansuetudine & inocentia quesitis nō naturaliter de nequitia. Gradus. xxiiii
De uictrice passionum omnium altissima humilitate. Gradus xxv
De discretione cogitationum uiciorumq;. Gradus. xxvi.
De discretōe ad discernēdū facili. Gra. xxvii
De compendiosa supradictorum omniū recapitulatione. Gradus. xxviii.
De sacra corporis & aīe quiete. Gra. xxix.
De differētia & discretiōe quietis. Gra. xxx.

De sacrarum uirtutum matre beata oratione utq; in ea sensibiliter ac actualiter assistatur. Gradus. xxxi.

De terrestri celo beata tranquilitate & perfectiōe & resurrectione anime ante communē resurrectionem. Gradus xxxii

De uinculo trium principalium uirtutū fidei spei & caritatis. Gradus. xxxiii

Eiusdem sermo ad pastorem in quo docetur qualis esse debeat rationaliū ouiū pastor.

Comendatio eiusdem Johannis scolastici libriq; a se editi a Johanne abbate Raitensis monasterii: ubi liber fere totus breuissime ac mistice exponitur laudaturq; scribens.

PREFATIO AMBROSII MONACHI IN TRANSLATIONEM IOHANNIS SCOLASTICI IN EVM LIBRVM: QVI CLIMAX DICITVR.

d OMINO Amatiſſimo & merito. Venerabili patri Matheo Ambroſius. Hortatus es domine amantiſſime & merito Venerabilis pater: ut fratrū noſtrorum commodis cōſulens Beatiſſimi uiri Iohannis cui ob inſignem puto eruditionē ſcolaſtici cognomen fuit: opus illud egregium in quo totius monaſtice perfectionis norma rectiſſime traditur: meo labore & ſtudio in latinum noua traductione conuerterem. Aiebas enim priorem illam iterpretationem tibi parum ſatiſfacere. uideriq; ad itelligendum difficilimam. Difficultatis ipſius cauſam prudentiſſime coniiciens ꝙ is. ſ. q prior tranſtulit quicunque tandem ille fuerit. (Nam temere id diffinire nō audeo) nimium iuheſiſſet littere: atq; contra ueterum eruditorum precepta de uerbo ad uerbum trāſtuliſſet. Expectabaſq; a me ut ſenſum illius uiri aptius atq; lucidius promerem id ego nego

clum & si preterq̃ erat laboriosum: plurimotũ etiam patere morsibus nõ ignorabam(. Neq; enim deerunt qui me superfluum quendam & q̃ grauius sonat arrogãtem & temerarium insimulent)qui post priorem illum interpretem quem afflatum spiritu sancto id opus trã stulisse pertinatius fortasse q̃ consideratius asseuerabunt: denuo transferre ausus sim. Ne tamen reluctãdo diu criminis uite finẽ reus. neue fratrum nostroum qui id tecum auidissime expectabãt. quiq; mihi uita mea cariores sunt uotis deessem fretus orationibus atq; au ctoritate tua me totum ad obtemperandum cõtuli. ipsumq; opus ex integro conuerti prioris illius interpretis uestigia omnino deserens sensum eius lucide quantum pro ingenii tenuitate licuit exprimere conatus: Sane istiusmodi hominibus: qui laborem hũc nostrum sine charitatis instinctu mihiq; a uanitate metuentes sine stomacho suo seruientes inutilẽ & minime necessarium dicturi sunt p me ipse respondebis. Equissimum enim meo quidem iudicio uident. ut tibi curam hanc totam respõdẽdi permittam qui me ad id opus uel iubentis imperio: uel affectu blandientis hortatus es ut scelus maximum existimarem uotis tuis diutius reluctari. Sciant tamen q

erunt ad uituperãdum proniores: me nõ sine
ratione hoc fecisse. cum enim sim (quod inge
nue ac libenter confitebor) iuris tui quid mi-
hi minus integrum esse potuit q̃ non dicam
iussioni: sed uel uoluntati tue contradicere?
Aut igitur isti quid sit uirtus obedientie igno
rant. Aut calumpniari irrationabiliter uiden-
tur. Preterea traductionem illam esse ob-
scurissimam ne ipsi quidẽ negabũt. Quod er-
go crimen meum est si quod ille obscurius trã
stulit apertius ipse & aliquanto etiam latinius
conuertere conatus sum? Porro q̃ fuerit il
le interpres eruditus quid attinet dicere. Con
tendant isti peritissimum illũ i utraq; lingua
extitisse. Ego ab illis longe dissentiens. in
neutra satis plenum fuisse ueraciter asseuera-
bo. Nam greca pleraq; non recte itellexisse
cuilibet eius lingue uel mediocriter perito fa-
cile cõstabit & latina posuisse qui affirmat se
se imperitissimum esse. haud obscure signifi-
cat. Sanctissimum uirum illum fuisse hi as-
serant. Facile ac perlibenter cõsentiam. Nõ
tamen quia sanctus fuerit eruditum etiam fu
isse sequitur atq; idoneum ad transferẽdum.
Aliud enim sanctitas est atq; aliud eruditio

Imo uero si sanctus fuit ne id quidem tẽp-
tare debuit quod commode implere nõ pos-

ſet.neq; id onus ſubire quod numerum ſuaru uirium
excederet modum. Facit enim iniuriã doctiſ-
ſimo uiro qui illum imperite ac ruſtice loquẽ
tem reddit. Sed hec fortaſſe liberius q̃ ue-
recundie mee conueniebat. Neceſſario tamẽ
ut reor a me dicta ſunt. ne ſine cauſa me tran-
ſtuliſſe homines exiſtimẽt. Habes pater op
time quid huiuſmodi hominibus quantũ ego
arbitror recte reſpondere poſſis. Tibi enĩ ut di
xi curam iſtam delegaui. Reliquum eſt ut
nos ſicut uerbis inſtruis ita oratõnibus iuues.
quo pelagus iſtius ſeculi undoſum: ac procel-
lis ſeuientibus inuium: precum tuarũ remigio
tuto traiicere poſſimus. ſanctam uenerandã-
q; caniciem tuam Chriſtus dominus noſter
euo longiore trãquillam tueatur. Domine ue
nerabilis ac merito deſiderabilis.

VITA Iohannis Scholaſtici ſub compen
dio a Daniele ſcripta.

q VE NAM Hunc uirum diuinũ
ciuitas tulerit atq; ante celeſtis
militie glorioſam exercitationẽ
educauerit non facile dixerim
cum id mihi nõ ſatis diligenter
exploratũ ſit. Que nam uero modo ipſum

ferat eternisq; & immortalibus delitiis pascat longe ante nos Paulus expressit. Est enim: & ipse penitus celestis illius Ierusalem effectus municeps in qua ecclesia primitiuorum est quorum inquit conuersatio in celis est ubi spiritu purgatissimo atq; ab omni materia remoto diuina insatiabiliter hauriens: pulchritudinesq; inuisibiles cõtemplans: digna sudorum premia recipit: laborumq; mercedem quietissimam refert. Nam celestis regni hereditate potitus cum illis. Iã in eternum tripudiat iungitq; letitiam quorum pes stetit in directo.

Quonã uero modo beatitudinem istam sibi comparauit iam dicere istituã. Hic cum per etatem corporeã sexdecim ferme esset annorum seipsum obtulit Christo sacrificiũ gratũ atq; acceptabile: monastice uite iugo colla subiiciens in monte syna eo puto consilio ut ipsa uisibilis loci commoratione admonitus ad inuisibilem deũ facilius dirigetur & aptius pduceretur. Atq; peregrinationem ut intellectualium adolescentularum magistram in primis adamauit per quam turpi: & noxia confidentia omni reiecta humilitateque honestissima assumpta demonem illum a quo nonnunquã ut nobis ipsis placeamus nobisq; confidamus inducimur a se penitus elimi

nans ipso quoq; cordis aditu reiecit. Incli-
nans uero ducem & confidens i domino: ac
ei qui se susceperat patri ueluti optimo cuidã
gubernatori se totum permittens: altissimos
atq; seuissimos uite presentis fluctus sine peri-
culo traiciebat. Adeo uero perfecte mun-
do propriisq; uoluntatibus mortuus erat: ut
inexpertem rationis: ac uoluntatis animam
quandam habere uideretur: atq; proprietate
naturali omnino liberatam. Idq; cum ante
hanc celestem simplicitatẽ mundane sapien-
tie fuerit non imperitus? quod sane mirabi-
lius ẽ. Philosophie enim tumor a christi hu
militate ut plurima alia longe remotus est.
Decem igitur & nouem annis ita conuer-
satus est ac beate subiectionis exẽplar omni-
bus factus: cum is qui se exercuerat senior san
ctus migrasset ad christum. Et ipse ad uite soli
tarie studium egreditur illius orationibus ut
armis potentissimis fretus ad destructionem
munitionũ sathane Quinto autem ab eccle
sia lapide: palestre sue domicilium constituit
loco cui tholas nomen est. Ibique quadragin
ta annos summa animi magnamitate & ala-
critate transegit. Ardentissimo amore ac diui-
ne charitatis igne semper estuans. Iam ue-

ro quis possit quantos illic pertulit labores di
gne aut uerbis aut plausibus psequi? Quo-
modo enim id afferri in luces poterit: cũ om-
nis eius labor clam & sine arbitris exactis sit.
Verum tamen ex primitiis quibusdam; &
uelud preuiis occasiõis beatissimi uiri sanctũ
uite istitutum audiamus. Edebat quidem
ex omnibus que sibi per professionis sue uo-
tũ edere licebat sed modice omnino; ut & ex
hoc fastum atq elationis cornu sapientissime
deiceret: breuitate quidem uictus insanam gu
le rabiem põntus affligens. atq illi per mediã
clamans: tace: obmutesce: & ex omnibus mo
dice gustando tyrannidem inanis glorie sub
iugum mittens. Solitudine preterea & ra-
rò hominum congressu fornacis huius fla-
mã: luxuriam: scilicet adeò extinxit, ut omnino
obstructa sedaretur, nullasq molestias irroga-
ret. Cupiditatem uerò, quam ydolorum uene-
ratiõem apostolus esse diffiniuit, misericordia
dei, rerumq exiguitate fortissime fortis iste su
perauit. Accidiam uerò, animiq desidiam,
quam merito lugem anime mortem dixerim
mortis memoria: iugique pietatis exercitatio-
ne deuitauit. Cumq nullius mortalis rei affe-
ctione teneretur eternorumq solum sensu pa

ſceretur:noxie triſtitie liber euaſit. Iracūdie uero tyrannidem in ſeipo per obedientie gla dium occiderat. Raro preterea congreſſu corporis rarioreq; ſermonis inanis glorie ſan guiſugam aranee ſimilimam mortificauit.

Quid octaui uicii ſuppremam diligentiſſi mamq; emundationem ſuperbie.ſ.proſequar quam cepit quidem per obedientie manſuetu dinem:nonus hic beſeleel Perficit uero cę leſtis Ieruſalem dominus pręſentia ſua adue niens,humilitatemq; aduerſus illam exaltans, qua ſine diabolum,eiuſq; cōformem claſſem deſtrui poſſibile non eſt. Vbi uero in huius coronę contextu ponam lachrimarum illius fontem rem quidem rarā & quę in multis nō facile īuenitur quarum hodie quę ſupereſt ſe creta officina,ſpelunca breuiſſima in extremi tate quadam: ad radicem montis poſita,tan tumque ab illius:atq; omni alia celula remota, quātum ad obſerandas glorię inanis aures ſa tis eſſe uidebatur. Ad celum uero uſq; gemi tibus,ſuſpiriis,ſingultibus,precibuſque, & eiuſ modi reliquis:quę ab hiis fieri ſolent: qui gla diis,cauteriiſq; punguntur. & quibus effodi untur oculi pertingens:ſomniq; tātum capie bat:quantum ſufficere poſſe arbitrabatur: ad ſeruandam animi, intellectuſq; ſubſtantiam.

ne per enormitatem uigiliarum cõtabesceret. Ante somnum uero ut plurimum oratiõibus uacans libellos etiam conscribere solitus erat quo solo opere accidie langorem ab se fugabat. Porro cursus eius omnis perpetua erat oratio amorq; incomparabilis ad deum húc enim die noctuq; mundissimo castitatis speculo intuẽs satietatem ullam capere nolebat: ymo uero ut magis proprie eloquar: non poterat. Huius aliquãdo diuini patris uitam imittari cupiẽs eiusq; disciplinis ibui atq; ab eo uere philosophie elemẽta pcipe. quidã ex his q uitam solitariam delegerat. Moyses noie plerosq; scõꝝ patrum precatores exhibuit, per quos ut se i discipulum susciperet: summis precibus orauit. Igitur illorum precibus fretus a sancto uiro, ut optauerat susceptus ẽ. Huic aliquãdo sanctus pater preceperat: ut quodam ex loco pinguis glebe materiam conueheret pro letiori ortuli, olerumq; cultura. Perueniẽs igitur Moyses ad denotatum sibi locũ, q iussus fuerat impigre exequebatur. Sed cum iam meridianum tempus adesset, & solis incendio fornacis in morem locus ille ignesceret (erat enim mensis augustus) uictus Moyses: & ex transuectione fatigatus aliquantula requie opus sibi esse decernit. Atque sub imanis saxi

umbra seipsum dimittens obdormire cępit. Sed clemētissimus deus fideles seruos suos in nullo contristari permittens. Cum iam iā periclitaretur moyses cōsueta illum misericordia hoc modo pręoccupat. Magnus hic pater noster Iohannes cum in celula sua degeret: sibiipsi & deo, ut consueuerat, uacans in somnum quendam tenuissimum incidit: uiditq; per uisum uirum quēdā augustiore facie & habitu se excitantem, somnosq; sibi exprobrantem: ac dicentem. Tu ne Iohannes ita secure obdormis & Moyses periculo pximus est? Citius itaq; euigilās oratione statim armatur intentissime pro discipulo supplicans. Quē postmodū ad uesperum reuertentem interrogat non aliquid sibi aduersum, atq; insperatum cōtigisset? Tunc ille. Saxum, inquit, mirę magnitudinis parum abfuit qui me demoliretur. & penitus contereret. Cum sub illo profunde obdormirem, nisi uocem tuā me audire existimans: ex loco concito saltu: timore plenus desiliissem. Quo facto continue Saxum illud e ripa euulsum, ac terrę affixū conspexi. Quo audito uir dei uere mente humilis, nihilq; ex his, quę uiderat, & audierat discipulo annucians, occultis clamoribus, & intimę caritatis uocibus hymnum dicens gratias uberimas retulit deo.

Erat ẽt uir sanctus occultorum uulnerum medicus. Monachus enim quidam ysaach nomine cum aliquando graui carnis extuaret incendio: cursu ad illum peruenit undiq; merore circũfusus itestinumq; bellum singultibus & lachrimis utens patefecit. Eius itaq; fidem & humilitatem uir dei: admiratus blande his uocibus consolabatur dicens. stemus inquit ambo ad orationem fili & omnino clemens & misericors dominus preces nõ despiciet nostram. Quod cum factum fuisset: nec dum oratione completa adhuc prono in faciem infirmo fratre prostrato uolũtatem serui sui dominus fecit. ut ex hoc prophetam suum uera dixisse ostenderet. Serpensq; carnis effugit flagellis intentissime orationis edomitus. Porro is qui actenus fuerat eger liberatum se egritudine conspiciens omnique iam huiusmodi p turbatione curatum obstupuit ualde: deoque & inclito eius famulo gratias retulit. Cum uero preterea hic uenerãdus pater uerbo gratie ad se uenientes affatim exaciaret ac doctrine fluenta largissime profunderet maligni q dam homines inuidie facibus iflamati tantã q; frugẽ q̃ta ex illius doctrĩa gignebat cohibere moliẽtes. loq̃cẽ illũ ac nugacẽ uocare cepũt. q̃d ille aiaduertẽs cũctaq; i eo q se cõfortabat

Christo posse edoctus nec solum per sermõis exhortationem eos qui ad se utilitatis sue cau sa ueniebant erudise uolens: sed multo poti us per scilenium & per operum philosophiã: ut sicut scripum est abscideret querẽtium oc- casionem: usq ad certum tempus tacere insti- tuit: mellifluumq doctrine fluuinm compesce re. Satius esse & melius existimas hoc interim detrimento affici studiosos bonorum amato res qbus fortasse p silentiũ amplius p̃ futurus erat q̃ nigratos illos indices ãplius irritari ne ulterius eorũ malitia & maliuolẽtia exerceret. Quo circa & illi reueriti humilitatẽ ac mode stiã uiri cõsciiq sibi eiusmodi utilitatis fontẽ obturauerant quantiq detrimenti cum om- nibus extiterant. Ad uirum supplices adueni- unt doctrineq sermonem cõmuni uoto cum aliis exposcunt: Cessit igitur statim ut qui con tradicere non norat & denuo prioris status ar ripuit normam. Cum igitur ita bonis omni bus excelleret ut similis illi inueniri nõ posset uno simul omnes uoto unoq affectu tanquã nouum quendam moysem inuitum illum ad fratrum magisterium & regimen assumpserũt lucernam ut ita dixerim super principatusq̃ delabrum eleuantes: optimi sane talium iudi ces. Nec spe sua frustrati sunt. Ascẽdit enim

& ipse ad montem sacratamq; caliginem subiens dei manibus conscriptam legem suscipit deiq; contemplatione fruẽs & intellectualibus gradibus scandens uerbo dei aperuit os suum: & spiritum attrahens eructauit uerbũ bonum de bono thesauro cordis sui. Sic igitur impleuit finem uisibilis uite in principatu ysraelitarum monachorum in hoc solum a Moyse differens q̃ supernam Jerusalem summa facilitate conscendit. Ille enim nescio quo modo etiam terrena frustratus sit. Attestãtur autem hisq; diximus quotquot per eũ spiritus sancti eloquiis & gratia potiti sunt plurimiq; ex his eius gratia saluati sunt: hodieq; saluatur. Testis optimus sapiẽtis huius salutis simulq; sapiẽtie nouus Dauid. Testis itẽ & pastor noster optimus Iohannes a quo magnus ille exoratus de sinay monte ad nos usq; anime cognitione descendens ueluti nouus alius dei speculator suas a deo tabulas inscriptas ostendit nobis extrinsecus quidem actiue uite intrinsecus uero contẽplatiue doctrinam continentes.

EPISTOLA Io. abbatis RAytu ad Joh. ab. mõtis Synai cognominatum Scholasticum.

OMINO. Singulariter mirabili e-quali angelis patri patrum & do-ctori eximio Iohanni abbati Mō-tis synai Iohannes peccator abbas Raytu in domino salutem. Agnoscentes nos a perfectione longius remoti tuam discussio-nis gnaram singularē q ac uirtutibus ceteris ornatam obedientiam in ea presertim parte in qua te cum talento tibi adeo tradito lucrari conuenit huiusmodi supplicatione utimur. p phetici. illius dicti memores: Interroga pa-trem tuum & ānuntiabit tibi seniores tuos & dicēt tibi. Quo circa tibi ueluti cōmuni omni um patri cunctisq i exercitationis lucta senio ri: mentisq acumine ac uirtutibus omnibus & perfectionē doctrine p̄dito: per nostras litte ras procidimus uirtutumq tuarū culmen exo ramus ut nobis iperitis ac rudibus: ea perscri-bas: que in diuina speculatione sicut ille olim Moyses in hoc ipso monte uidisti: ac ueluti ta bulas quasdam diuinitus: scriptas librum ad nos: a te dimittas atq in doctrinā nouo ysrae-li proponas eis. s. qui perfecte atq integre de spirituali egypto: atq uite huius mari exierūt. Sicut igitur dei loqua lingua instar uirge fre-tus mirabilia in mari gessisti ita nunc exoratus quoq ne quis declines monastice perfectōnis

continentia: ut re uera summe magister impi gre summaq; cum moderatione describere in salutem & consolationem omnium qui sanctam hanc atque angelicam conuersationem eligere. Neq; assentandi gratia istud a nobis dici arbitreris. Nosti quippe o sanctum caput istiusmodi adulationes alienissimas esse a proposito atque istituto nostro. Sed illud nos dicere existima quod certissime omnes & uident: & intelligunt: & dicunt. Idcirco confidimus in domino cito suscipere: atq; complecti quos speramus insculptos tabulis uenerādos apices quibus hi ueraciter ducantur: qui sine errore sequi eos cupiunt: ac ueluti quandam scalam usq; ad celi ianuas erectam eosq; qui cupiunt ascendere innocuos illesosq; perducentem transcendentes libere & absq; ullo impedimento spiritalia nequitie & mundi: rectores tenebrarum: & principes aeris. Nempe enī si iacob ille pastor ouium cum esset adeo terribilem scalam in uisione conspexit multo profecto magis rationabilium pecorum magis & nō uisione solū: sed ueritate quoq; ascensum ad deum tutum & errore omni liberum ostēdet. uale in domino carissime: ac nimium uenerande pater.

RESPONSIO ad eundem.

a CCEPI. Cõuenientissimam honestissimo tuo atq; impassibili instituto mundoq;: & humili cordi quam ad nos pauperes & uirtutibus inopes scripsisti uenerandam epistolam tuam. ymo uero preceptum: ac uires nostras excedẽtem iussionem. Tuum enim erat reuera tuum tueq; sancte anime proprium a nobis rudibus uerboq; & opere imperitissimis doctrine: atq; correptionis precepta requirere. Familiare enim tibi semper fuit nobis per teipsum proponere humilitatis exempla Sed nos ut id fateamur: quod uerissimum est: nisi metus atq; periculum esset iugum sancte obedientie que uirtutum omnium mater est a nobis excutere. Nunq̃ profecto ea que supra uires nostras sunt temptare ausi fuissemus. Oportebat enim o admirabilis pater conueniensq; erat: hec te ab illis potius querere qui ea iam dudũ caluissent. Nos enim in discipulorũ adhuc ordie annumerãdi sumus. Quoniam uero dei ueri patres nostri ueraciscq; sciẽtie magistri obedientiam diffiniunt in eis rebus que supra uires sunt: nihil discernẽdo obtemperare precipientibus. imbecillitatem no

ſtrā pie obliti ea que ſupra nos ſunt audacter tentare aggreſſi ſumus. Non quidem ut aliquid ꝙ tibi pro futurum ſit nos dicturos putemus aut certe aliud explanaturos: quod ipe longe melius non noris q̄ nos. O diuinum ſacrumq; caput mihi enim perſuaſum eſt. Puto autem ꝙ & prudentium ſingulis: mundiſſimum tue mentis oculum: ab omni terrena: & tenebroſa purificatum conſperſione libere: & abſq; ullius obicis retardatione diuinam itueri lucem atq; ab ipſa omnino illuſtrari. Ceterum ut dixi in obedientie mortem reformidans & ueluti metu ad obediēdum impulſus timore ſimul ac deſiderio tuo ſancte iuſſioni obtemperare inſtitui: ut gratus obediens: atq; pictoris optimi iutilis filius exili & admodum tenui ſcientia mea graciliq; oblatione ſolo attramento ſimpliciter uiuentia eloquia adumbrans. Tibi uero iam relinquens. O magiſtrorum ſumme & congregationis princeps iſta: & ornare & clarius diſſerere: atque ea que deſunt implere tāquam ſeruatori ſpiritalis legis.

Hunc tamen ſane conatum noſtrum non iō miſſimus ad te tanq̄ tibi futuꝝ emolumento. Abſit id penitus (hoc.n. eſſet extreme clemētie: cū ipe in Chriſto idoneus ſis nō ſolū alios ueꝝēt & nos ipſos moribus ſacris & doctrinis

erudire)ſed illum uocate a deo congregatio nique una uobiſcum abſte doctorũ optime ĩ ſtituitur trãſmiſimus.Quorum precibus qua ſi quibuſdam ſpei intellectualibus manibus ĩ peritie mole leuigatus: iamq; calami uellum explicãs atq; optimo gubernatori noſtro Chri ſto uerbi gubernacula promittens uotis omnibus fretus iuſſione tua huius ad illos ſermo nis iam initium facio. Obſecro autem om nes quorum in manus liber iſte uenerit: ut ſi quid in illo utile fortaſſis inuenerint id optimi preceptoris noſtri eſſe non ingrate intelligant.Nobis uero ſolius conatus remuneratio nem adeo donari intentiſſima oratione depo ſcant. Non his que dicuntur intendentes. Sunt enim re uera uiliſſima atq; omni ignoratione & ſimplicitate plena. Sed propoſitum & alacritatem:ut illius ex euangelio uidue ſuſcipientes.Neq; enim numero & laborum multitudini deus mercedem reddit: ſed alacri propoſito atq; feruentiſſime uoluntati.

PREFATIO IO.Scolaſtici in librum qui climax dicitur.De inanis uite fuga.Grad.pmus

VM SVMME ĩ comprehenſibilis atq; incircunſcripte bonitatis deus noſter & rex ſit(Eſt enĩ cõueniẽtiſſimũ:ut ad dei ſeruos loq ĩſtituẽtes:

à deo ipso sumamus orationis exordium)cōn
ctas ab se conditas rationales creaturas liberi
arbitrii dignitate honorauerit. Alii quidem
amici illius sunt. Alii uero fideles ac legiti-
mi serui Quidam penitus inutiles. Alii
uero ab ipso prorsus alieni. Nonnulli ue-
ro q̄uis inbecilles tamen aduersarii. Et ami
cos quidem dei proprie(O sacrum caput nos
rusticiores esse arbitramur) easq; circa illum
sunt intellectuales incorporeasq; substantias.
Fideles autem seruos eos:qui sanctissime il
lius uoluntati obtemperauerunt.Et impigre:
ac infatigabiliter obtemperāt. Porro inuti-
les seruos quotquot diuino baptismate digna
ti pacta & cōuenta cū illo legitime nō serua-
uerūt. Alienos uero adeo atq; inimicos in
telligim9 quoscūq; a recta fide deuiasse cerni
mus. Hostes aūt sunt ii:q p̄cepta dei nō so
lū repulerūt:atq; a semetipsis abiecerūt: uerū
eos quoq; ualidissime oppugnāt q ea pficere
ɔtēdūt. Q m̄ igit̄ singulis quos mō memo
rauimus p̄p̄us & peculiaris debet̄ sermo.No
bis uero īpītis ad p̄sens de oībus p̄seq utile nō
ē.Age iā age.ad eos q nos pio uiolētissimo ca
ritatis iure subegerūt & fideliter coegerūt fide
lissimos dei indignam manū nostrā p obedie
tiā indiscussam extendētes. Et ab illoꝝ scia

ſuſceptum dei uerbi calamum ſub triſti & per lucide humilitati intingentes. Huncq; in illorum lenibus & candidiſſimus cordibus uelut in cartis quibuſdam ymo uero ſpiritalibus tabulis condentes: diuinaq; eloquia pingentes: Hoc oratiōis noſtre initium ſumamus omnibus qui uoluntate & libero arbitrio utū tur deus cōmuniter proponitur: omnibus uita: omnibus ſalus fidelibus & infidelibus iuſtis iniquis: piis impiis uitioſis uitiis carētibus ſecularibus monacis ſapiētibus rudibus ſanis imbecillibus iuuenibus prouectioribus. Non aliter q̃ infuſio lucis & ſolis aſpectus temporū q; uiciſſitudines. Neq; enim eſt perſonarū acceptio apud deū. Impius eſt rationalis mortaliſq; natura ſponte uitam fugiens: creatorēq; ſuum qui ſemper eſt ueluti non eſſe exiſtimans. Iniquus eſt qui legem dei ad intellectum ſuum malum uiolenter intorquet. Et cū ſit contrariate hereſeos deo ſe credere putat. Chriſtianus eſt qui Chriſtum quantum homini poſſibile eſt imitari nititur uerbis & operibus. Et tota intentione animi in ſanctam trinitatem recte atq; incomprehenſibiliter credēs.

Dei amator ē qui naturalium oīum rerum & eaꝝ que per leges ſine peccato permittuntur particeps. bona que poteſt operari nō ne-

gligit. Cōtinens eſt qui in medio tēptatōnum & laqueoꝝ 'uerſatur moreſq3 trāqllos turbiſq3 ac tumultibus liberos uiribus omnibus imitari: & aſſequi cōtendit. Monachus eſt ordo & ſtatus angelicus in corpe materiali & ſordido cōſumatus. Monachus eſt qui ſolum ad deum acie mentis intentus illū ſemper orat ī oi tpe & loco & re. Monachus eſt perpetua nature uiolentia ſenſuumq3 uigilantiſſima & indefeſſa cuſtodia. Monachus eſt caſtificatū corpus expiatū os: aiuſq3 ſp diuino lumine irradiatus. Monachus eſt afflictus & merēs aīus qui iugi mortis memoria ſiue uigilans ſiue obdormiens ſeipm ſemper exercet. Mūdi derelictio eſt ſpontaneū odium abnegatio q3 nature ex deſiderio fruendi eis rebus que ſupra naturā ſunt tanq̄ ex ſua ſtirpe progenita.

Quicunq3 preſentis uite cōmoda ſpōte alacriterq3 relinquūt prorſus aut futuri regni gratia aut ex peccatorum multitudinis memoria: aut ſola diuine caritatis cauſa iſtud faciūt. Porro ſi quis nulla ex predictis intentionibus duce id facit huius irrōnabilis eſt renuntiatio. uerūtamen finem curſus qualēcunq3 inuenerit agonitheta noſter optimus approbati. Imitetur is qui peccatoꝝ ſuoꝝ onus deponere feſtinat: eos qui extra ciuitatem ante ſepulchra

ſedent nec deſiſtat effundere feruidas & igneas lachrimarum guttas cordiſque tacitos mugitus Quoad ipſe quoque uenientem uideat Ieſum lapidemque noſtre cecitatis a corde remouentem & Lazarum: aīum. ſ. peccatorum uinculis liberantem: miniſtris angelis iubentem. Soluite illum uitiorum nodis & ſinite ad beatam placidamque tranquilitatem ire. Sin uero alias fecerit nihil omnino proficiet. Quicunque ex egypto egredi Pharaonemque cupimus effugere: prorſus Moyſe aliquo ad deum ac poſt deum mediatore nobis opus eſt: qui pro nobis medius inter actionem & contemplationem ſtans manus extendat ad deum ut hoc duce directi peccatorum traiiciamus mare atque amalech: uiciorum principem fugemus. Seducti igitur ſunt qui ſibiipſis confidentes nullo ſibi duce opus eſſe arbitrati ſunt: & illi quidem: qui ex egypto egreſſi ſunt Moyſen: qui uero ex ſodomis fugierunt angelum dei habuere ducem Atque hii quidem qui ex egypto profecti ſunt eos ſignificant qui animarum ſuarum morbos per medicorum curam & diligentiam ſanare cupiunt. Qui uero ex ſodomis fugere illos deſignant: qui miſeri immunditiam corporis exuere uotis omnibus deſiderant. Quo circa angelis etiam uidelicet equali: ut ita dixerim

adiutore homine opus habent. Nam ſecundum uulnerum putredinem peritiſſimo etiã artifice & medico egemus. Summa re uera uiolentia indefeſſiſque: & iugibus laboribus illi opus eſt qui in celum aſcendere cum corpore nititur idque maxime in principis renunciationis ſue: Donec mores noſtri aſſueti uoluptatibus & cor noſtrum hactenus ſine doloris ſenſu in amorem dei caſtitatiſque ſanctificationem per intentiſſimum luctum conuertantur. Labor enim re uera & ingens labor ſummaque amaritudo proponitur: atque eis maxime qui negligentius affecti ſunt ꝙ macello & uoracitati aſſuetum canem noſtrum animum ſcilicet ſpeculationis & caſtitatis ſtudioſum per ſimplicitatem & profundam ire extinctionem cautiſſimamque diligentiam efficiamus. Confidamus tamen quotquot uitiis pulſamur etiam ſi nundum ſatis uirum contra hec adepti ſumus. Fideque firmiſſima infirmitatem noſtram & anime langorem Chriſto ſupplici confeſſione offeramus: & omnino ipſius adiutorium ultra merita noſtra reportabimus. Si tamen noſmet ipſos iugiter in humilitatis profundum dicerimus. Nõ ignorent: qui ad honeſtiſſimum iſtud durũ

q̄ & arduum: sed leue certamen accedunt: q̄ in ignem insilire pergunt. Si quidem diuini amoris ignē in seipsos habitare cupiunt. Probet uero seipsum unusquisq̄ & sic de pane illius cum amaritudinibus comedat: & de calice illius cum lachrimis bibat: ne ad iudicium sibiipsi militet. Si non omnis qui baptisma consequitur saluus est silebo reliqua: Cuncta abnegabuut. Oia despicient. Omnia irridebunt uniuersa excutient: qui fundamentum optimum iactare pergūt. Porro fundamentum optimum triplex est: tribusq̄ columne fulcitur. Innocentia. Ieiunio: & pudicitia. Omnes qui in christo īfantes sunt ab his tribus incipiant: atq̄ infantes per etatem sibi ad exemplum sumant. Nihil in illis inuenitur calidum. Nihil durum. Nihil simulatū. Nō auiditas insatiabilis. Non uenter inexplebilis. Non ardens in corpore libidinis commotio. Ceterum secundum escarum incrementa ferre etiam libidinis incentiua succrescūt. Odiosum sane periculiq̄ plenissimum est ab ipso: statim conflictus congressu lassescere luctantem. Est enim future necis non obscurum argumentū. Erit nobis omnino perutile forte & ualidum renunciationis initium arripere: ei tam si post modum molescere contingat

Anima enim que uiriliter purgare ceperit rur ſumq̧ debilitata ceſſerit.ãtique uirtutis & ſtu dii memoria quaſi ſtimulo quodam & flagel lo uulneratur:atq̧ ex hoc nonnunq̃ plurimi priſtinum uigorem receperunt prioreſq̧ pen nas reſumpſerunt. Quotiens igitur anima ſeipſam prodiderit caloremq̧ amabilem : ac beatiſſimum amiſerit.Inquirat diligẽter qua ex cauſa id ſibi contigerit:atq̧ aduerſus illam bellum omne ac ſtudium ſummis uiribus re ſumat.Neq̧ enim poterit per aliam portam il lum reuocare:niſi per quam eggreſſus eſt.

Qui ex timore initium renunciationis ac‑cepit timiamati ardenti ſimilis fortaſſe uideã tur quod initio quidem ab odoris ſuauitate cepit poſtmodum uero ĩ fumũ deſiit. Qui uero ob mercedis ſpem:mola aſinaria profe cto eſt:que ſemper ſimiliter mouetur. Qui autem ex diuina caritate ſeculo abrenunciat ab ipſis ſtatim iniciis ignem ꝑmeruit qui for taſſis in ſiluam iniectus rogum ſemper uehe‑mentiorem ulterius exuſcitat. Sunt nõnul li qui ſupra lapides lateres edificant. Sunt item alii qui ſuper terram columnas errigũt.

Et ſunt alii qui cum modicum itineris pe dibus fecerint cum calefactis iam artubus & neruis.otius poſt modũ proficiſcuntur. Qui

legititelligat quid sermo i ste significet? Tā
quā a deo & rege nostro uocati curramus ala
criter ne si forte pauco tempore uixerimus in
die mortis infructuosi īueniamur: & fame pe
reamus. Ita deo & domino nostro placere
satagamus ut regi suo milites. Nam post mili
tiam tunc demum a nobis diligentissima ser
uitus exquiritur. Metuamus dominū sicut
facimus bestias. Vidi enim uiros furari cu-
pientes qui cum dei metu a scelere non reuo
carentur canum latratibus perterriti statim re
uersi sunt quodq; dei timor non fecerat id ca
num metus effecit. Diligamus dominum:
sicut amicos colimus ui di enim sepe nōnul-
los qui cum deum suis sceleribus ad tristitiam
prouocassent nullam reconciliationis curam
habuerunt. Cum uero caros suos ī aliqua uel
leuissima re irritassent: omni industria omni
intentione omni afflictione omni confessio-
ne delicti per seipsos .per cognatos per ami-
cos per munerum largitionem conta moliti
sunt: ut illos in antiquam caritatem reuocarēt
Prorsus uero in ipsis abrenunciationis ini-
ciis non deficiamus in laboribus non sine la
bore & uiolentia & amaritudine uirtutes ope
ramur. Cū aū iam proficere cepimus sine
merore uel certe cum minimo merore exerce

mur. At uero cum mortalis sẽsus noster penitus fuerit absortus atq; ab alacritate nostra superatus. Tunc iam cum omni eas gaudio & studio & desiderio & diuine caritatis flãma pficimus. Quanto sunt laudibus dignissimum qui ab ipsis confestim ab initiis com gaudio: & alacritate summa uirtutes omnes arripiũt: & dei mandata perficiũt. Tanto sunt miserabiles extimandi qui cum in hac exercitatione diucius uixerint egre adhuc & cum labore illas subeunt si tamen uel tandem subeunt.

Ne ille quidem renunciationũ genera uituperemus aut condemnemus quo casu fiũt.

Vidi enim quosdam fugientes cum procedenti regi inuiti occurrissent repente in illius obsequium atq; inter illius milites ascribi regiamq; aulam una ingredi atq; inter illius cõuiuas numerari. Vidi semen in terram de agricole manu negligẽter lapsum fructum letissimũ ac plurimũ tulisse. Sicut ecõtra etiam uidi nõnunq̃ in taberna medicoꝝ q̃dã alterius cuiuspiam necessitatis cã aduenisse ibiq; medici solertia & comitate dep̄hensum luminibus ẽt suis iiectã amisisse caliginẽ. Sicq; fit ut i pleriq; ea & firmiora sint: & magis rata que inuitis accidunt: quam que illis ex sua sententia prouenerunt.

Nemo pondus multitudinemq; peccatorū Attendens indignū se monastica professione dicat nec se ita decipiet ut seipm humilem exi stimet:si ut fruatur uoluptatibus arduam uir- tutis semitans ingredi detractat pretendēs oc casiones in peccatis. Nam ubi putredinis plu rimum est ibi maxima medicoꝝ arte opus est ut ea putredo omnis depuretur. Qui enim sa ni sunt medicorum tabernas non adeunt.

Si uocante nos terreno & mortali rege & i suum obsequium militare nos iubente nihil moraremur neq; occasiones quereremus sed omnibus dimissis illi summa alacritate pare- remus. Attendamus nobis ipis caueamusque diligenter ne forte rege regum & domino do minantium & deo deorum uocāte nos ad ce lestem hunc ordinem per nostram desidiam: & negligentiam obtemperare recusemus. Et postmodum ante tribunal illud horrendum i excusabiles inueniamur. Fieri quidem po- test ut his qui seculi negociis & ferreis curis se deuinxit incedat. sed tamen non libere. Nam & hi quorum pedes ferro compediti sunt sepe incedtū:& sp offendunt uulneraq; suscipiunt.

Is quidem qui sine uxore in mūdo degit so lis negotiis obligatus ei simile est cui ferreis ne xibus manus circūligate sunt. Ideoq; si ad so-

litariam uel monasticam uitã currere uolue-
rit nõ prohibetur. Qui uero uxori coniun-
ctus est ei qui uinctas habet manus & pedes
similis uidetur. Audiui ego quosdã in mũ-
do negligentes cum dicerent ad me. Quomõ
possumus coniugibus una cohabitantes cu
risq̃ rei publice circumuallati uitam mona-
sticam arripere? Ad quos ego. Omnia inquã
bona que facere potestis facite. Maledicta in
nullum iaciat. Nemini mentiamur. Furto ab
stinete. Cõtra nullum elleuemini. Neminem
oderitis. Ecclesias & collectas frequentate. In
digentibus misericordiam prestate. Neminẽ
scandalizetis. Aliene parti ne propinquetis.
Contentiq̃ estote uxorum uestrarum stipen-
diis. Ista si feceritis non longe eritis a regno ce
lorum. Cum gaudio & metu ad egregium
istud certamen accingamur inimicos nostros
nulla ratione formidantes: intuentur eum il
li & si non uideantur a nobis animarum no
strarum uultus. Et si illos uiderint formidine
contrahi uel immutari contra nos acerbius
armantur. Intelligunt enim uersutissimi timo
rem nostrum. Magno igitur animo aduersus
illos arma capiamus. eum enim qui alacriter
pugnat nullis oppugnando preualet. Mi-
ra dispensatione dominus rudibus adhuc mi

litibus suis bella temperauit ne initio statim prelii magnitudine deterriti ad seculũ redirẽt Quo circa gaudete ĩ domino semper omnes serui dei hoc in nobis signum primum supne aduersum uos pietatis & caritatis q̄q̄ ille uos uocauit agnoscẽtes: Et hoc item facere de us sepius agnoscitur. Cũ enim fortes animas uiderit. Ab exordiis statim bello uehemẽtiori pulsari permisit: eas celeriter coronare cupiens. Abscõdit dominus a secularibus stadii difficultatem ymo uero facilitatem. Si.n. hanc nouissent nunq̄ profecto abrenuntiasset oĩs caro. Da labores iuuentutis tue Christo: & in senectute gaudebis super pacatissime quietis opibus eaque in iuuentute congregauerimus eũ in senectute postea debiles fuerimus nos nutriunt & consolãtur. Laboremus iuuenes ardẽter curramus sobrie & uigilãter mors enim ĩ certa horis oĩbus iminet. Hostes re uera neq̄ssimos habemus acerimos uersutos calidos ualidissimos nũq̄ dormientes inuisibiles oĩ materie ĩpedimẽto: liberos ignem ĩ manibus tenentes templũq̄ dei per flamã que in eis est incendere omni studio desiderantes:

Nemo cum iuuenis ẽ inimicos suos demones audiat dicentes noli carnem tuam ita atterere ne morbos & egritudines incurras. uis

enim reperietur hac precipue etate: qui hanc mortificare delegerit etiam si se multis & lautioribus cibis priuauerit. Hec enim sane est demonis astutia idqꝫ nixibus omnibus cōtendit: ut ingressum certaminis nostri mollem & negligentie plenissimum faciat. Finemqꝫ post medium initio consentientem. Ante omnia istud & inquirent qui Christo fideliter seruire cupiunt: ut loca mores sessiões ac studia que sibi ex patrum spiritalium sententia: & ex cognitiõe propria competere preuiderint eligant Neqꝫ enim omnium est ĩ cenobiis degere atqꝫ eorũ maxime qui gule illecebris pulsantur: Neqꝫ rursus omnium est uite solitarie quietem sequi & eorum ĩ primis qui ad iracondiam procliuiores sunt. Vnus quisque diligenter inspiciat cui statui aptior sit. In tribus maxime principalibus statibus monastica continetur uita.

In anachoreseos. In unius uel duorum cõtubernio. In cenobii cum tollerantia commoratione.

In anachoreseos uel cessionis certamine: & solitudine. Ne declines inquit ecclesiastes: ad dexteram: uel ad sinistram: sed uia regia ingredere.

Medius enim predictoꝝ statuũ aptissimus

plurimis fuit. Veh enim soli inquit quoniam si in accidiam ceciderit aut somnum aut desi diam aut desperationem non est in hominibus qui illum erigat: ubi uero sunt congregati duo uel tres in nomine meo: ibi sum í medio eorum ait dominus. Quis est ergo fidelis & prudens monachus? qui feruorem suum seruauit inextinguibilem: & in dies usq ad finem uite sue ignem igni adiicere feruorem feruori: desiderium desiderio: ac studiũ studio nunquam desiit.

DE VACVITATE Affectionum.
Gradus secundus:

q VIDEVM In ueritate diligit. Qui futuro regno pfrui ueraciter querit qui pro peccatis suis ueraciter dolet. Qui re uera supplicii futuri q iudicii memoria tangitur. Qui re uera metum mortis assumpsit. Nihil iam í presenti seculo diliget nullius rei curis augetur: nõ pecuniarum: non prediorum: non parentum: non mundane glorie: non amicorum: nõ fratrum. non ullius omnino terrene ac mortalis rei. Sed omnem huiusmodi affectum omnẽ harum rerum curá ab se excutiens & execrás preterea & carnem suam odio habẽs. nudus

secutus impiger christum sequitur in celū sem per aspitiens atq; inde adiutorium expectās secundum Dauid uerba dicentis. Adhesit aīa mea post te. Alteriusq; memorabilis uiri sentē tiam qui dixit. Ego autem non laboraui te se quens & diem aut requiem hominis non desideraui domine. Confusio sane maxima ē hiis omnibus que predicta sūt ommissis post uocationem qua nō homo sed deus uocauit nos alicuius alterius rei curam gerere que no bis in hora ultime necessitatis. uidelicet obitus nostri prodesse non possit. Hoc enim est quod dixit dominus conuerti retro nec inueniri aptum in regno celorum. Non ignorans dominus lubricum nostri tirocinii utq; facile si secularium contubernio & familiari congressu utamur rursus ad seculum conuertimur ad quendam qui sibi dixerat. permitte mihi ut abeam & sepeliam patrem meū. Ait sine mortuos ut sepeliant mortuos suos. Solent demones cum iam seculo abrenunciauerimus nobis misericordes ac pios ex secularibus proponere atq; ut illos beatos nos cōtra miseros extimemus ingerere qui omni eiusmodi uirtute destituti sumus. Ea utiq; intētione inimici nobis ista ingerunt: ut per adulteram humilitatem nos autem ad seculum re

uocent aut si permanserimus monachi in desperationem precipitent. Sunt qui seculares homines elationis causa despiciāt et nihil existiment. Sunt item & qui ut desperationis prerupta diffugiāt & spem ampliorem sibi acquirant absentes eos similiter contemnunt.

Audiamus quid adolescenti illi qui cuncta fere mandata ipleuerat dixerit dominus unū tibi deest. uade & uende omnia que habes & da pauperibus & teipsum pauperem cōstitue alienaq; misericordia idigentem. Si prompte & celeriter currere uolumus intentius inspiciamus quomodo omnes in seculo manentes & uiuentes dominus mortuos dixerit dicens ad quēdam. Sine seculares sepelire mortuos suos seculariter mortuos. Nihil adolescētem illum quominus baptisma susciperet ipedire diuitie. Quā igitur inanes sunt qui dicūt q; baptismatis gratia dominus illi diuitias uendere precepit. Sufficiat nobis ut gloriam professionis nostre certius nouerimus huiuscemodi testimonium. Qui in mundo degūt uigiliisq; & ieiuniis & laboribus aliisq; afflictionibus seipsos conterunt. Cum ad uitam monachorum ueluti ad quandam probationis officinam uel stadium se cedunt. Peiorē exercitationem suam ut adulteram & fictam non

ulterius arripiunt. Vidi plurima uariaq; uirtutum germina ab hiis qui degunt in ſeculo plantari & ex inani gloria tanq̄ ex cloacha & ceno irrigari & ex oſtentatione circumfodi atq; ex laudibus humanis ſtercorari que tamen tranſlata poſt modum in deſertum ſolum atq; ſeculi hominibus inuium omniſq; inanis glorie cenulenta aqua uacuū confeſtim exiccata ſunt. Neq; enim ſolent aquis proxime arbores in duris & in aquoſis exercitationum locis fructum afferre. Si quis mundum omnino odit hic triſtitiā effugit. Porro ſi quis qualibet uiſibilium rerum affectione mordetur triſticia nūdum liberatus eſt Quomō enī nō cōtriſtabit. ſi eo q̄ diligit priuetur In omnibus quidem graudi uigillātia nobis & ſobrietate opus eſt ſed hoc ante omnia uigilantiſſime attendere & cauere debemus Plurimos in ſeculo aſpexi pre ſolicitudinibus & curis occupationibuſq; & uigiliis mūdanis proprii corporis īſanos motus effugiſſe eos ipſos tamen cū exuti curis oībuſq; uigiliis ad monaſticam conuolaſſent. Turpiter ac miſerabiliter corporis commotione ſordidatos Attendamus nobis ipſis ne forte dum anguſtam & arduam uiam nos pergere aſſerimus latam & ſpatioſā teneamus noſq; ipſos ſeducamus.

Anguſtam uiam tibi indicabit uentris afflictio:pernoctatio:ſtabilis aque menſura:panis inedia:ignomiue ſalubre:& purgatiuum poculum:ſubſanationes:irriſiones:ludibria.abſciſſiones ptopriarum uoluntatum:offenſionum tollerantia:contemptus noſtri:ſine murmuratione tolleratio: uim ſibi in tollerando contumelias inferre iniurias fortiter perpeti: detrahentibus non indignari: contempnentibus non ſuccenſere:condempnantibus humilitatem exhibere.Beati qui predictam uiã pergunt quoniam ipſorum eſt regnum celorum.

Nemo in celeſtem thalamum coronatus ingreditur niſi qui primam:& ſecundam & tertiam abrenunciationem impleuerit. Vt.ſ. primo abrenuntiet rebus omnibus & hominibus & parentibus. Secundo uoluntati ꝓprie. Tertio inani glorie que ſolet obedientiam ſubſequi. Exite de medio eorum & ſeparamini & in mundiciam ſeculi:nolite tangere dicit dominus.Quis enim apud illos miracula unquã fecit?Quis mortuos ſuſcitauit? Quis demones expulit?pfecto nullus. Hic enim ſunt monachorum inſigniaque mundus capere non poteſt.Nam ſi poſſet ſupflua eſſet exercitatio uidelicet ſeceſſio. Quotiẽs poſt abrenunciationem noſtram demones pa

rentum autfratrum memoria corda nostra i-portune concalescere ceperint: tunc maxime aduersus eos orationis arma capiamus. atq sempiterni ignis memoria nosipsos incendamus & huius consideratione improbum & i-portunum cordis ignem extingnamus. Si quis eius rei nulla se affectione tangi putat cu ius priuatione tristatur huius perfecte decepi tur. Quicūq iuuenes corporum amoribus & delitiis insane additi post modum uitā mo nasticam adire cupiunt tota intētione animi omniq uigilantia seipsos exercere studeant: si biq delitiis omnibus & uitiis abstinendū per suadeant nec forte fiant illorum nouissima deteriora prioribus. Portus enim & salutis & periculorum causa est atq hoc nouere qui intellectuale istud mare nauigant. Miserabile sane spectaculum eos in portu naufragium passos aspicere qui in mari seruati fuerunt.

DE PEREGRINATIONE ET Somniis. Gradus Tertius:

PEREGRINATIO Est omnium que sunt in patria constantissima desertio quibus a pietatis destinatione atq exercitatione ipedimur.

Peregrinatio est omni confidentia noxia ua cuus affectus ignota sapientia:publicum fugiens prudentia:secreta uia inuisibilis destinatio occulta cogitatio uilitatis:apetitus: angustie desiderium.diuini affectus argumentum amoris copia inanis glorie abnegatio silentii profundum.Solet fere & ista uiteratio i uitiis sedulo: ac uehementer perturbare amatores domini ueluti in diuino igne uidelicet elongatio a patria & suis intentione prosequende uilitatis atq; afflictionis prouocans huiusmodi amatores.Verumtamen quanto ea maior est & laudibus dignior.tanto discernēda cautius est. Neq; enim omnis peregrinatio si summis ut ita dixerim laudibus uel labiis fiat probabilis est. Nam si omnis propheta sine honore est in patria sua ut ait Dominus.caueamus ne forte peregrinatio fiat nobis inanis glorie occasio. Peregrinatio enim uera ē omnium prorsus rerum desperatio ea ratione suscepta ut nunq̄ cogitatio nostra a deo separetur: Peregrinus est luctus. perpetui & penitus in memoria conditi amator. Peregrinus est qui omnem suorum alienorumq; affectum ac memoriam fugit. Cum ad peregrinationem uel ad solitudinem properas. noli expectare dum tecum pertrahas affixasse

culo animas. Fut enim ex improuiso subre pit. Multi quippe cum negligentes quosqꝫ & desidiosos secum seruare molirentur cum illis una periere extincto ex diuturnitate diui ni amoris igne. Statim ut susceperis flammá cicare. Nescis enim utrum breui extinguenda sit ne forte in tenebris te deserat. Seruare alios non exigimur ait enim Sanctus aposto lus. Itaqꝫ unusquisqꝫ nostrum pro se rationem fratres reddet. & iterum. Qui doces alium te ipsum non doces. Tanq̃ dicat de aliis quidẽ nescio seipsos autem omnino norunt omnes

Qui peregrinationem amplecti instituis ca ue gyronagũ & studiosum uoluptátis demo nem. Solet enim peregrinatio ei prebere occa sionem. Preclarum est nulli rerum morta lium affici. sed huius uirtutis peregrinatio ma ter est. Qui propter deum peregrinatur habi tus omnesqꝫ affectus seculi deponat ne per turbationibus ludibrio sit. Qui a seculo pe regrinatur mundum iam nullatenus attingat Solent enim diu sopita uitia facilime reuiui scere. Eua in paradiso in uita exulat monachus patria sua se sponte abdicat. Illa ení rur sus ad concupiscendum in obedientie lignũ ptractafuisset. hic aũt periculũ profecto a car

nalibus propinquis sustinuisset: Fuge non segnius q̄ infestissimam flagellum ruine pro xima loca eius enim fructus: qui non adest non usq̧ adeo desiderio mouemur. Neq̧ hic falacie furum modus te uelit lateat. Suggerunt pleruuq̧ nobis ut a secularibus non seperemur mercedem inde maximam nos cō secuturos asserentes. Si uidentes feminas nos ipsos contineamus ac reluctando concupiscē tiam superemus. Cū annos aliquos remoti a patria egerimus parumq̧ religionis aliqd uel compunctionis uel continentie nobis ipsis acquisierimus tunc iam cogitationes uanitatis acrius incumbunt. Vtq̧ iam reuertamur in patriam importune suggerunt ad edificationem formamq̧ & utilitatem plurimorum qui actus nostros & opera illicita nouerunt.

Quod si quam docendi facultatem aut tenuem sci ētiam fuerimus adepti tunc iam ut animarum seruatores & magistros ad seculū redire persuadent utq̧ in portu bene congregata sunt pessime in pellago dispergant.

Non uxorem Loth. sed ipsum imitari studeamus. Anima quippe que illuc unde exierat conuersa fuerit ut sal infatuabitur iamque immobilis manebit Fuge egyptum atq̧ ita fuge ut nunquam illuc reuertaris. Corda

enim que illuc reuersa pachatissimam quietissimamq; terram yerusalem non aspexerũt. Illicitum tamen non est ut ii : qui in initio conuersionis ob tuendam spiritalem infantiam suam omnia patriamq; relinquerunt cũ perfecte purgati fuerunt ad eam utiliter redeant ea scilicet intentione ut cum ipi salute potiti fuerunt nonnulis etiam causa salutis fiãt: siquidem & Moyses ille qui deum uiderat ad salutẽ gentis sue a deo missus plurima in egypto pericula. uidelicet i mundo tenebras pertulit. Vtilius est parentes merore afficere q̃ dominum ille enim nos formauit simul & redemit. Illi uero quos dilexerunt nonnũquam perdiderunt. Peregrinus ille est: qui ueluti alterius lingue inter ignote sibi lingue homines in sui agnitiõe secum habitat. Nõ quo propiquos nostros & patrios agros oderimus Idcirco ab illis secedimus. Absit id penitus.

Sed ut detrimentum q̃ ab illis in nos manare solet fugiamus. Qua in re sicut fere ĩ omnib9 aliis dominus noster nobis magister & documentum est qui: & ipse sepenumero parentes reliquisse deprehenditur. Et cum a quibusdam audisset. Ecce mater tua & fratres tui querunt te mox preceptor noster optimus impassibile nobis odium ; subinfirmauit di

censmater mea & fratres mei ſunt hii qui fa-
ciunt uoluntatem patris mei qui in celis eſt.
Ibi tibi pater ſit qui ad deponendam pec-
catorum ſarcinam cōlaborare tibi & poteſt &
uult. Mater uero compunctio ſacra quete
poſſit ſordibus abluere. Frater autem is
qui tecum ad celeſtem curſum perficiendum
laborat & certat. Sociam tibi & uxorē que
rere que nunquam a te ſeparetur memoriam
mortis. Porro fili tibi amantiſſimi ſit gemi-
tus cordis Seruū poſſide corpus tuū Ami
cos uero ſcās uirtutes āgelicas q̄ tibi exitus tui
tp̄e auxiliari poterūt ſi eas mō tibi amicas fami
liarius feceris. Hec ē ſane generatio q̄rētiū do
minū Affectus dei parentū excludit affectū.
Qui uero utrūq; ſe hēre dicit ip̄e ſe decipit. Cū
audiat dominum dicentē. Non poteſtis deo
ſeruire & mamone Et non ueni inquit do
minus pacē mittere ī terrā & caritatem paren
tum ad filios & fratres qui mihi ſeruire delege
runt ſed gladium et pugnam Seperare enī
uēi amatores dei ab amatoribus ſeculi Ter
renos & materiales ab hiis qui terrena omnia
omnemq; materiam ſuperauerunt Glorie
auidos ab humilibus letatur enim dominus
in hac contentione & ſeperatione dum fit
propter illius caritatem Caue obſecro ne

forte concta aquarum tibi plena uideantur si propinquorum affectu: & amore tenearis atq; diluuio amoris seculi cum eis una pereas.

Noli miserari parentum aut amicorum lachrimis alioquin in eternum lachrimaberis: quotiens te ut apes circundederint ymo uero ut uespe ac super te lamentari ceperint propinqui tui: constanter ac celerrime ad mortis atq; operum tuorum considerationem côuerte ut dolore dolorem possis excludere. Pollicentur nobis subdole nostri & non nostri leta omnia & iocunda se exhibituros ea sane ĩtentione ut cursum nostrum optimum prepediant sicq; inde iam ad suam uolũtatem pertrahãt. Sit autem nostra secessio ad eas partes. que humiliores sint & mius celebres & ab omni consolatione seculi remotiores. Absconde quantum potes nec preter te feras ingenuitatem & claritudinem generis ne aliter in ore aliter in rebus affectus inueniaris· Nullus itaq; seipsum peregrinationi exposuit ut magnus ille patriarcha cui dictum est. Egredere de terra tua & de cognatione tua: & de domo patris tui. Cum profecto in barbaram atq; alterius lingue terram uocaretur.

Cuius tamen peregrinationem: mirabilem qui pro magnis uiribus immitari stu

duerunt. eos non nunquam dominus insigni gloria affecit. Et si hanc diuinitus concessam gloriam conueniat per humilitatis clipeum fugere & declinare. Quotiens nos demones peregrinationis alicuius ut magni uirtutis laudant. Totiens illius qui de celis ad terras propter nos peregrinatus est intentissima cogitatiōe meminerimus. Inueniemus ꝙ nosipsos in seculū seculi tante propter nos assumpte peregrinationi non posse satisfacere. Grauis est & omnino uitabilis ad propinquorum uel etiam extraneorum aliquem immoderata affectio cum ea nos ad seculū sensum possit attrahere ignemque compunctionis nostre penitus extinguere: Sicut impossibile est uno oculo in celum altero in terram aspicere ita fieri non potest ut in his anima nō periclitetur qui corpore & cogitatione ab omnibus & propinquis & extraneis non se peregrinum fecerit. Labore ingenti & fatigatione. mores graues: & optimos acquirimus: & quos multo temporis labore quesiuerimus fieri potest ut uno momento temporis amittamus. Corrumpūt mores bonos colloquia mala secularia simul & turpia. Qui post abrenuntiationem cum secularibus uersatur siue iuxta illos commanet prorsus aut i eosdem la

queòs incidet:aut cor in eiusmodi cogitãtio-
ne inquinabit:aut certe si nõ inquinatus fue-
rit eos qui inquinantur iudicans atq̃ condē-
nans & ipse inquinabitur.

DE Somniis

q VOD NOSTRE cógnitionis in
tellectus imperfectus sit atque om-
ni ignorãtia repletus occultari nõ
potest. Guttur enim cibos.au
ris autem intelligentias diiudicat. Etiã im
becillitatem quidem oculorũ manifestat sol:
ignorantiam uero anime patefaciunt uerba.
Verumtamen caritatis lex etiam ad ea que
uires nostras superãt diserendã nos cogit. Re
or igitur & si certe statuere non audeo conse-
quens esse etiam de somniis hic pauca insere
re ut huius quoque fallacie malignorum non
simus penitus ignari. Somnium est animi
motus in immobilitate & quiete corporis.
Fantasia est oculorum seductio: insopita
mente Fantasia est animi excessus uigilan-
te corpore: Fantasia est speculatio parum
loco subsistens. Causa ob quam in hoc no
bis de somniis dicendum esse arbitrati sumus
aperta est. Cum enim relictis domibus: &

propinquis nostris diuine charitatis causa nos ipsos peregrinationi exposuimus:tūc iam demones in somniis nos perturbare moliun tur. Propinquos nobis sub insinuant aut plo rantes:aut morientes:aut nostri causa lango re aliquo uel etiā detrimēto fatigatos. Qui igitur somniis credit similis est ei qui post um bram suam currit & eam apprehendere nitit.

Demones inanis glorie i somniis prophe tice que futura sunt ut astutissimus intiunt atq; ea nobis per somnum prenuntiant ut cū impleta fuerūt que per quietem uidimus stu pore maximo detineamur. Et quasi iā pro phetice gratie proximi cogitatione tumescere incipiamus. In his qui sibi credunt demon sepe propheta fit Porro eis qui se spernūt sem per mētitus est. Spiritus eum cum scit que intra hunc aerem sunt uidet omnia & cū in tellexerit moriturum aliquem id per uisum le uioribus predicit.Nihil futurorum ex pre scia nouerunt namq; & uenefici mortem nobis predicere utiq; possent. In angelum lucis se transfigurātes & martirum speciem sepius transfigurātur accedētesq; se ipsos nobis per somnium ostendunt.excitātes uero elatione & gaudio precipitant. Hoc autem tibi erit

deceptionis signum cruciatus & iudicia & separationes. Peruisnm nobis angeli ostendunt atq; experectos tremētes mestosq; relinquunt. Cum in somno demonibus credere cepimus. Tunc iam & uigilantes ab ipsis illudemur. Qui somniis credit per oia reprobus est & stultus. Qui uero eis nulla ratione credit. hec reuera philosophus est habendus. Solis eis credere qui tibi cruciatum & iudicium denuntiant. Quod si te desperatio conturbat & istud est a demonibus.

De Obedientia Gradus quartus.

n VNC IAM NOBIS AD CHRIsti pugilles ac pietatis athletas procedens sermo deinceps aptissime occurrit. Omnem quippe fructum precedit flos. Omnemq; obedientiam pegrinatio aut corporis aut uoluntatis. In his enim duabus uirtutibus ueluti in aureis pennis ad celum impigre se sancti uiri anima substollūt De qua spiritu sancto afflatus quidam fortasse concinit. Quis dabit mihi pennas sicut columbe

&uolabo & requiescam?per actiuã & per cõn templationem & humilitatem. Ne ipsum quidem fortissimorum bellatorum habitum negligenter pretereundum existimemus.

Vt illi clipeum teneant fidem.scilicet ad de um atq; ad exercitationis sue magistrum: per ipsum:ut ita dixerim omnem in fidelitatis om nemque preuaricationis cogitationem repel lentes. Gladiumq; spiritus assidue uibrẽt uoluntates suas omnes sibi propinquãtes ne caturi Loricasq; ferreas patientie: scilicet ac mansuetudinis se induant:per quas omnem contumeliam ac aculeum. Sermonisq; ia culum repellatur. Habeant & galeam salu tis orationis patris spiritalis presidium. Stẽt preterea non uinctis pedibus sed alterum qui dem ad ministeria pretendant alterum uero fixum in orationibus atque immobilem tene ant. Obedientia est anime proprie perfecta abnegatio per corpus certius ostensa. Aut forte uersa uice. Obedientia est mortificatio membrorum in uiuente animo. Obedien tia est inexaminatus atque indiscussus motus spontanea mors:uita curiositate carens:secu rum periculum immeditata ad deum excusa tio:metus mortis cõtemptio:tuta nauigatio. Confectum dormiendo iter. Obedientia

est sepulcrum uoluntatis & excitatio uolunta tis. nihil resistit nihilq; discernit mortuus in bonis aut iis que uidētur mala. Nam qui pie animā suam mortificauerit securus pro omnibus rationem reddet. Obedientia est discretionis depositio inter diuitias discretiōis.

Initium quidem mortificationis uel membrorum corporis uel anime uoluntatis labor est. Medium uero interdum labor interdū requies. Finis autem iam omni motus perturbatiōe omniq; laboris sensu uacat. Tūc demum labore & dolore fatigari deprehenditur uiuens hic beatus mortuus cum se animaduerterit uoluntati proprie ob temperasse metuens.s.proprie uoluntatis onus. Quicunq; ad intellectualis congressionis stadiū exire conamini. Quicunq; iugum Christi tollere super ceruices uestras cupitis & sarcinam uestram alterius collo imponere satagitis. Quicunq; uenditiones uestras sponte scribere curatis ut pro illis in eternam libertatem conscribamini. Quicunq; aliorum manibus sublati & natantes mare hoc magnum traicitis. Scitote q̄ breuē quandam & asperam uiam pergere conamini in qua unus & solus latet error quē greci ydyorithimā nos suam moderationē dicere possumus cū.s.q̄sq;

ſibi ydoneus ad ſe regendum & moderandū uidetur. Quem qui effugerit ad ea que honeſta & ſpiritalia ſūt ac diuine maieſtatis ocu lis gratiſſima fere ante ueniet q̄ ire ceperit.

Obedientia eſt enim nunq̄ ſibi (ne in his quidem)uidentur ꝙ optima:uſq; ad conſu mationem uite credere. Cum igitur ceruicem noſtram in domino inclinare atq; alteri credere deſiderio acquirende humilitatis ac proprie ſalutis inſiſtimus.ante huius militie ĩgreſſum:ſi qua in nobis eſt caliditas & prudē tia:gubernatorem cautiſſime examinemus& diſcernamus atq;(ut ita dixerim)tentemus ne forte nautam pro gubernatore lāguentē pro medico uitioſum pro uitiis carente.Poſtremo ĩfeſtum pelagus pro placidiſſimo portu ignari diligimus.nobiſq; ipſis paratum promptūq; naufragium conſtituamus. Cum uero pietatis & obedientie ſtudium fuerimus ingreſſi.Minime iam optimū ĩſtitutorē noſtrū ĩ aliquo penitus diiudicare licebit:ēt ſi in illo(hō enĩ ē)modica aliqua delicta aĩaduertimus Si uero alias fecerimus:nihil nobis obediētia ꝑdeſſe poterit. Neceſſe oĩno ē ut qui fidē certā & ĩmobilē ad magiſtros ſuos hēre cupiunt eorū recte facta ꝓfūdo corde hauriāt ea q̄ ĩ debiliter memorie cōmendent ut cū demo-

nes infidelitatem aduersus eos ullam nostris cordibus inserere conati fuerit ex his que memoria tenemus illorum ora obstruamus Quanto enim fuerit in corde uiridior fides tāto corpus ad officia omnia & ministeria pmptius occurrit. Qui uero per infidelitatem offenderit lapsus est. Omne enim quod fidei caret fūdamento peccatum est. Cum tibi cogitatio sugesserit ut prelatum aut diiudices aut damnes ab ea nō secus q̄ a fornicatione desili. Neq̧ prorsus huic serpenti requiē prestes non locum nō igressum nō initiū loquere ad huiusmodi draconē atq̧ eū his uerbis icesse. O malignissime seductor nō ego ducē meū idicandum suscepi: sed ille me nō ego illius: sed ille mei iudex ē. Arma quidē iuuenū psalmorum cantus. Murū uero orationē. Lauacrum aūt mūdissimas lacrimas esse patres diffiniūt.

Beatā uero obediētiā confessionē qua sine uitiosorū nemo deū uidere merebit. Qui subiectus ē atq̧ alterius paret iperio. ipē aduersus seipm fert. Nā si qdē pp deū pfecte obedierit ēt si nō pfecte obtēpare uideat oē suū iudiciū se exuit: Quod si in quibusdam suam implere uoluntatem uoluerit etiam si obedire uisus fuerit ipē sibi onus luit uel addicit. Quē tamsi platus arguere nō destitit rectissime oio fecit si

autẽ tacuit nescio quid inde dixerim. Qui in simplicitate in domino, subiciuntur felicẽ cursum peragũt:dũ nõ per superstitiosas cauillationes in se demonũ uersutias irritant.

Ante oĩa uero culpas nostras preclaro iudici nostro soli confiteamur oĩbusq; si ita ille iusserit cõfiteri parati simus. Nam in lucem educta uulnera nunq̃ in deterius proficient sed sanabuntur. Cũ in cenobiũ quodam deuenissem aliquàdo aĩaduerti iudicis pastorisq; optimi terribile iudiciũ. Nam dum illic moram traherẽ cõtigit quendam ex latronũ ordine ad monastice conuersationis gratiã uenire. Quẽ optimus ille pastor pitissimusq; medicus per dies septẽ quiete omni perfrui iussit ut monasterii statum normãq; oẽm perspiceret. Post diem uero septimũ seorsum accitum pastor interrogat. Num sibi censeret:optimũ cum illis una habitare. Cum uero illum sibi cum omni sinceritate annuentis uoce respondisse cerneret rursum. quid in seculo iniquũ operatus esset interrogat. Postq̃ ergo illũ sibi prompte & rationabiliter oĩa cõfessum uidit. Iterũ ad illũ temptãdi gratia dicebat uolo inquit ut hec omni cetu fratrum astãte confitearis:& detegas. Ille te uera sua detestãs scelera omniq; cõfusione calcata indubitan-

Latro monach.

ter id se facturum pollicitus est. Et si uis inqt etiã in alexandrie ciuitatis medio id faciam. Deinde collectis in ecclesia pastor omnibus ouibus suis erant aũt numero ducente trigintã. Cum cõsumarentur diuina misteria. (erat enim dies dominicus) lecto euangelio inferri iam reum illũ nihil cõtra querentẽ iubet quibusdam illũ ex fratribus trahentibus modiceꝗ uerberantibus iũnctum post terga manus asperimoꝗ cilitio amictum ꝯspersumꝗ cinere caput preferentem adeo ut ex ipso aspectu oẽs stupefacti protinus ex orto gemitu ingenti proclamarent ac mugitum redderent. Neꝗ enim quisꝗ̃ illorum quid fieret sciebat. Cũ uero iam ecclesie ianuis appropinquaret magna illum & terribili uoce cõpescuit. Sacrum illud caput clementissimi iudicis. sta inquiẽs es. n. indignus ut huius loci limen attingas. Tum ille pastoris uoce percussus que ad illũ exintima ueri medici sapientissimaꝗ ratione sonuerãt. uidebatˀ enim sibi ut nobis postea sub iureiurando firmabat non uocantis hominis sed terribilis tonitrui uocem audiuisse tremebundus & omnino pauore turbatus in faciem protinus corruit. Cum uero iaceret humi & pauimentũ madefaceret lacrimis permittitˀ ab admirabili medico qui cõcta ad

illius salutem moliebatur formãq; salutis ac certissime humilitatis omnibus dari cupiebat cõctaq; gesserat singulatim & per species dicere. Ille uero cum horrore ingenti omnia singilatim confessus est que audiens omnis cetus penitus exhorreret. Non tãtum que per corpus preter naturã: ac secundũ naturam in irrationabilibus & mitis animantibus deliquerat. Verum etiam ueneficia & homicidia. &c. que audire aut scripture tradere . fas non est omnino nihil reticens. Confessum igitur stati tonderi fratribusq; aggregari pmisit. Ego uero sancti illius admiratus sapientiam seorsum interrogaui illum secretius. Cuius rei gratiatam pegrinam i ditii formam exhibuisset. Ille autẽ ut uerus medicus duarum inquit rerum gratia. Primum quidem ut confitentem per presentem tẽporalemq; confusionẽ eterna confusione liberarẽ quod & factum est. Neq; enim ex pauimento surrexit o Ioannes q; peccatorum omnium remissione potitus est. Neq; ullo huius rei scrupulo uellim mouearis. Nã unus ex fratribus qui illic aderant mihi procerũ quãdam ac terribilem se uidisse asseuerant conscriptam cartam & calamum tenentem & cum frater ille humi prostratus peccatum confitens pronun

tiaret hoc ille calamo delebat. Et merito sane dixi inquit pronũtiabo aduersum me iniquitatẽ meá domine. & tu.re.impi.cor.mei. Secũdo sane: quia habeo nõnullos qui peccata quidem nec dum cõfessi sunt. Quo circa iam & illos ad confessionem hoc exemplo prouoco qua sine nullus remissione potietur. Et alia igitur plurima admiranda & memorabilia in illo dignissimo semperqȝ memorando & grege & pastore perspexi. ex quibus plurima nobis reserare animus est. Permansi eni apud illos tempus non modicum illorum assidue conuersationem ac uiuendi genus explorás. Stupens quõ terrestrès illi celestes angelos imittarent. Caritatis quidẽ cẽs sibi inuicẽ in solubili uinculo constringebátur. & quod est oĩo mirabilius nulla apud illos in epta cõfidentia nullus ociosus sermo deprehẽdi poterat. Obseruabant uero id cautissime ut in nullo fratris uulneraretur cõscientia Quod siquis iter eos q̃q̃ odisse ĩueuiretur hũc pastor ut dãnatitiũ: ad sepatinm huiusmodi reis monasteriũ: ueluti in exiliũ mittebat. maledixerat aliquãdo unus ex illis ꝓximo suo quẽ ꝓtinus pater sc tũs eliminari ius sit. Equũ nõ eẽ afferẽs ĩ mõasterio uisibilẽ atqȝ iuisibilẽ diabolũ ꝑpetĩ. uidi ego apd scõs illos res maxĩe sane

utiles atq̧ admiratione dignissimas fratrum cetum in unũ collectum xp̄iq̧ caritate deuinctum in utraq̧ uita actiua.s.& cõtemplatiua mirabilem. adeo enim se ipsos singuli diuinis rebus exercebant ut fere nihil opus haberẽt a patre admoneri: sed se inuicem ultro ad diuinam emgillationẽ excitarent. Erãt enim statute illis & medietate & solidate sancte quedam & diuine exercitationes. Nam si quãdo cõtingeret ut eorum aliquis absente abbate qcq̃ maledici aut alias noxii. uel ociosi sermonis loqui cepisset occulto nutu latenter eum frater alius grauitatis admonens illum a cepto sermone retrahebat. Quod si ille fortassis minus animaduerteret iam qui amonuerat prostrato ante illum toto corpore abibat. Siquid uero necessario loquendum erat omnis illorum collocutio iugis erat mortis collocutio uel admonitio eterniq̧ iudicii consideratio.

Non preteribo silentio coqui monasterii illius admirabilem singularemq̧ uirtutem. Cum enim illum animaduerterẽ in tam frequenti perpetuoq̧ ministerio iugiter secum habitare gratiamq̧ possidere lacrimarum orari supplex ut mihi quonammodo meruisset istius modi gratiã reuelare dignaretur Qui tãdem precibus fatigatus meis ita respõ

dit. Nunq̃ me hominibus seruire arbitratus sũ sed deo & indignum meipsum quiete omni iudicans ex huius ignis contemplatione sempiterni incendii. iugi memoria compungor.

Aliud iterum singulare uirtutis illorum genus refferre placet. Nam ne ad mensam quidẽ sedentes a speciali opere cessabant. Ceterum signo quodam nutuq; incognito oculte ĩ animo orationis semetipsos. beati illi uiri admonebant: Neq; uero ad mensam solum residentes. hoc eos facere animaduerteres. uerum & cum sibi obuiarent: aut cum simul conuenirent id faciebant. Porro siquis ipsorum in aliquo unquam deliquisset uideres fratres alios notis omnibus ab illo flagitare: ut sibi curam reddende patri rationis relinqueret. atq; ab illo debitam increpationis uehementiã perpeti sineret. Quod tamẽ discipulorũ opus maximus ille uir cum explorasset leuiore iam increpationis genere utebatur. Sciens enim qui corripiebatur insontem esse. Neque tamẽ quis proprie deliquisset ĩquirebat. quando uero apud illos locum inuenitet aut ociosi sermonis aut scurilitatis memoria. Siquis autem ex illorum numero aduersus fratrem contendere unquam cepisset preteriens alter aduoluebatur illorum genibus: sicque iracondie

motum mitigabat. Quod si seruare illos in iurie memoriā sensisset rem protinus ad eū referebat qui post abbatem sedulus monaste rii in regimine preerat eosq; ante occasum so lis in gratiam reuocare nitebatur. Sin uero illi obdurati amplius exasperarentur aut cibum sumere usq; ad reconciliationem non permit tebantur aut certe monasterio expellebantur. Laudabilis sane memorabilisq; diligentiā ex qua fructus uberrimus gignebatur atq; nasce batur. Plurimum apud sanctos illos uiros deprehensi sunt actu & speculatione distri ctioneq; & humilitate mirabiles. Videres in eis terribile quoddam angelicumq; spectacu lū senes canitie uerendos angustiore facie in fantium in morem ad obediendum semper paratos huc illucq; discurrere gloriamq; sibi maximam per humilitatem compare. Vidi illuc uiros quinquaginta fere annos in obe dientie certamine egisse a quibus cum adisce re orarem: quam ex labore isto consolationē quē profectum inuenissent. Alii quidē in abissum humilitatis iā se peruenisse dicebant: per quam bellū oē semper excluderent ac su perarent. Alii sensum oēm laboris & dolo ris in maledictis & cōtumeliis se pfecte exuis se dicebant. Vidi alios ex illis eterne memo

randis uiris. Angelico aspectu uenerandaq canitie ad profundissimam innocentiam sim plicitatemq sapientie plenissimá summa ala critate propositi:deiq adiutorio quesitam:nõ irrationabilem quandam & insipidam:ut in seculi senibus contingit:quales deliros uoca re solent peruenisse:extrinsecus quidem mit tes totos blandos placidos letos nichil fictum nichil negligens:nichil adulterum in suis uer bis aut moribus habentes rem quidem que in paucis inuenitur. Interius uero in anima de um ipsum ac prelatum infantum in morem ambientes mentisq atiem aduersus demo nes & uitia audacem firmissimamq intendẽ tes. Deficiet me uite mee tempus. O sacrũ caput & deo dilecta congregatio si uoluero beatorum illorum uirtutes & ad celum usq pertingẽtem uite sanctitatem enarrare Sed tamen existima in illorum sudoribus aclabo ribus sermonem hunc nostrũ exornare: quo acrius ad huiusmodi gratam deo imitatio nem excitemini q̃ propriis uilibusq moni tis. Nam absque ulla controuersia id quod deterius est a prestantiore adornatur illud autem in primis rogo ut nichil nos fi ctum scribere existimetis. Solet quippe

infidelitas corrumpere utilitatem. Igitur ad ea que cepimus rursus accingamur. uir quidã Isydorus nomine alexandrie ciuitatis primarius in ipso cenobio ante hos annos seculo abrenunciauit quem & ipse illic uidere merui. Hunc pastor ille mirabilis: suscipiẽs aspectuq; ex ipso asperum quendam & intractabilem superbumq; ac seculi dignitate tumidum conitiens: humana arte: demonum fastum sapiẽtissime deiecit. aitq; ad Isydorũ. si re uera cristi iugum tollere decreuisti uolo ut ante omnia te obedientie laboribus exerceas. Cui ille sicut inquit fabro ferrum subiectum est. Ita & ego o sanctissime me ipsum obedientie expono. Quo ille responso gratissimoq; exemplo curatus. Cõtinuo Isydoro exercitii manus admouit. ut ferro uolo inquiens fratrũ ante monasterii ianuam existas omniumq; ingredientium & egredientium prouolutus genibus dicas. Ora pro me pater quoniã peccator sum Sic autem ille obediuit sicut angelus domio. Itaq; cum septem annos ille peregisset. atque ad profundissimam humilitatem compũctionemq; peruenisset. Voluit pater post incomparabilem uiri tolerantiam cuius superiori tẽpore aptum documentum dederat: hunc fratribus connumerare. Et ut re uera dignissimũ

etiam ordinatione honorare: uerum ille pluri mis multorum & mei ipsiusprecibus apud pa trem egit: ut ibidem illum fineret sicuti hacte nus fecerat degere: cursumq; suum perficere i telligens. neq; obscure hiis uerbis significans finem suum iam ac uocationis diem immine re. Quod & factum est. Nam cum in ipso ordi ne illum permanere magister permisisset post decimum diem per abiectionem & ignomi niam gloriosissime migrauit ad christū. Post que septimum dormitionis sue diem ianito rem quoq; monasterii assumpsit. Dixerat eni ei. beatus ille pollicitusq; fuerat: q͂ si post exces sum suum ulla confidentia ad dominū frui mereretur. Inseparabilis ille sibi comes fieret: idq; celeriter. Quod & factum ē ut certissime nobis meritorum eius & perfecte obedientie sacreq; ac diuine humilitatis esset indicium. in terrogaui ego eum cum adhuc superesset ma gnum hunc preclarum uirum: quam exercita tionem mens eius habuisset cum ad portam moraretur. Neq; abscondit a me cum prodes se mihi cuperet: memorabilis ille: ac dulcissi mus pater. Inicio inquit hoc existimabam q͂ pro peccatis meis essem uenditus. Vnde cum amaritudine summa & uiolentia & sanguine prouoluebat omnium pedibus impleueram

nix annum cũ sine merore iam ac tristitia id faciebam:mercedem adeo tollerãtie expectãs

Impleto autem rursus anno alio toto affectu cordis indignum meipsum existimare cepi conuersatione monasterii.patrumq; aspectu & contubernio diuinorumq; participatione sacramentorum.indignum item qui in alicuius faciem intenderem.Quo circa defixis i terra luminibus nec ab oculis discrepante animo:intrantes atq; exeuntes ut pro me orarẽt deprecabar. Cũ ad mensam aliquando cõsedissemus:summus ille magister inclinans suum sanctum os ad aurem meam.uis inquit tibi ostendam in extrema profũdaq; canitie diuinum sensum atq; prudẽtiam?Cumq; id sũmis precibus orarem.Aduocat ex proxĩa mensa quẽdam Laurentium nomine qui quadraginta fere & octo annos in monasterio degerat sedensq; erat sacrarii presbiter.Qui cũ uenisset:atq; abbati genibus flexis astaret ab illo quidem benedicitur. Sed cum surrexisset nihil illi penitus dixit:sed sic ante mensam sine cibo stare permisit.Erat autem tunc prandii initium.Itaq; Prolixã horã:atq; fortasse duas immobilis stetit adeo ut ipse quoq; erubescerem.Neq; enim in illius faciem intueri pre uerecundia possem.Erat eni annus totus octua

gessimumq; iam agebat etatis annum. Man sit autem sine responso ullo usq; ad refectiõis finem. A qua cum surgeremus mittitur iam a sancto illo ut memorato ysidoro diceret trigesimi noni p̃s initium. Non omisi ego ut sum uersutissimus quin senem illum tentarem. Itaq; eum cum postea interrogarem quid astans cogitasset. christi inquit imaginem pastori imposui: neq; enim ab illo hoc penitus preceptũ exisse sed adeo existimaui. Quare o pater Io hãnes non coram mensa hominum sed corã altari diuino astare me putans orabam. Nullamq; penitus malignam cogitationem aduersum pastorem admittebam. pro sincera in illum fide mea & caritate dictum est enim caritas non cogitat malum. Sed & ille scito pater quod cum quis innocentie ac simplicitati se omnino dediderit nullum iã maligno contra se aut tempus aut locum dabit. Re uera autem qualis erat ille iustus rationabiliũ pecorum pater. ac per deum pastor talem etiam hẽbat adeo sibi traditũ mõasterii dispẽsatorẽ pudicum & moderatum. ut quis alius mittẽ uero ut admodum pauci. In hunc aliquãdo ad ceterorum utilitatem magnus ille inuectus est absq; ulla causa iussitq; de ecclesia proici i

tempestiue sane. Ego cum scirem eũ eius cer
nimus quod si pater obiecerat insontem: se or
sum magno illi dispensatoris commendabã
innocentiam. Ad quem & ille sapiẽtissime
Scio inquit pater: sed sicut crudele est ex ore
famelici infantis panem rapere & ita seipsum
& operarium ledit qui animas suscipit regen
das nisi illi coronas quantas illũ sustinere pos
se nouit horis singulis prouidere satagit: siue
per cõtumelias siue per ignominias: siue per
obiectiones siue per ludibria. Tria enim ma-
xime cauenda committit. Primum ꝙ ipse in-
crepationis mercede priuatur. Secundum ꝙ
cum aliis ex alterius uirtute prodesse posset id
agere misit. Tertium uero ꝙ est grauissimum
ꝙ ii nonnunq̃ qui uidentur esse probatissimi
& laboris patientissimi si ad tempus negligan
tur atq; iam ut uirtutibus prediti a prelato nõ
corripiantur siue probris atq; iniuriis affician
tur: ea que in eis inerat modestia & tollerantia
destituentur. Nam & si bona & frugifera pin-
guisq; terra est cõsueuit tum aque ignominia
.s. defectus illam infructuosam. ac siluestrem
efficere spinasque fornicationis & noxie secu-
ritatis in ea germinare: Hoc non ignorãs ma
Ap'[lus] gnus ille apostolus Thimoteo scribit. insta in
uehe argue illos opportune importune. Ego

cum illi ſpectatiſſimo duci adhuc reſiſterem infirmitatemque etatis huius allegarem. Vtq; plurimi fere fruſtra īcrepiti imo & fortaſſe nō fruſtra agrege abrumperētur. Ita rurſum obiectioni mee: ſapientie domicilium occurrit: anima inquit que propter deum paſtori fide & caritate deiūcta eſt uſq; ad ſanguinem ſuſtinens nunq̄ recedet. Et maxime ſi antea ab ipſo in ſuis uulneribus fuerit adiuta ſolatioq; ac beneficiis affecta. memor illius qui dixit neq; angeli neq; principatus neq; uirtutes neq; creatura ulla a caritate chriſti nos ſeperare poterit. Quem autem ita colligata & ſolidata agglutinataq; non fuerit mirū ualde ſi non fruſtra in loco moram facit. Non enim uere ſed ficte obediētie annexa ē. Nec ſane magnus ille uir ſpe ſua fruſtratus eſt. ſed direxit & perfecit atque obtulit chriſto immaculatas hoſtias

Audire libet ſapientiam dei admirariq; in uaſis fictilibus inuentam: Admirabar ego illic preſens nouiter ex ſeculo uenientium fidem & tollerantiam atq; in ignominiis & contumeliis & aliquando etiam perſecutionibus inſuperabilem patiētiā: quas non tātum ab abbate. ſed ab eis quoq; qui lōge inferiores erāt perpetiebantur. itaque hedificationis gratia quēdam ex fratribus ſciſcitatus ſum qui

abacirus annos quindecim in monasterio egerat abbacyrum nomẽ:quẽ maxime affici iniuriis fere ab oĩbus uidebã.Nõnunq̃ uero etiam a ministris ex mensa fugari.Erat enim frater ille naturaliter lingue aliquantulũ icontinens dicebam itaq; ad illũ.Quid est frater abbacyre: ꝙ te cottidie a mensa expelli uideo:ac nonnũq̃ dormire in cenatũ?Qui ad hec ita respondit, Crede mihi pater probant me patres mei utrũ monachus esse cupiã:non aũt uere id faciunt Quã ego patris aliorũq; intentionẽ nõ ignorans leuissime ac sine ulla molestia oĩa tollero.Et ecce quintumdecimũ iam annum ego istud cogitans sicut & ipsi quãdo monasteriũ intraui dixerunt mihi ꝙ usq; ad trigessimum annum renunciantes probare solerent. Et recte quidem pater Iohannes. Sine probatione enim aurũ nõ perficitur.Hic igitur egregius abbacyrus secundo anno postq̃ adueneram migrauit ad dominũ in monasteriũ.Hoc patribus cum deficeret dicẽs gratias ago domio & uobis patres ꝙ me ad salutẽ meã temptastis iugiter: hac.n.ex cã imunis a temptatiõe demonũ hactenus mansi.Quẽ ẽt tanq̃ confessorem & cum his qui illic obierant sanctis dignissime equissimus pastor sepelliri iussit.

Detrimento non minimo afficio probitatis emulos si uirtutem certamēq; macedonii qui primus erat monasterii diaconus monumento silentii sepelliam.hic dilectus domini aliquando īminente epiphanie sancte solemnitate abbatem ante duos dies obsecrat ut se proprie necessitatis gratia ad alexandriā proficisci sineret.Citius tamen se ob diei festi ministerium & preparationem rediturum spondens.Igitur infestus bonis oībus dyabolus dyacono impedimēto fuit ut dimissus ab abbate ad monasterium die sacro sanctę solemnitatis non rediret.Igitur post diem unum pacte festiuitatis reuertentem abbas amouit a monasterio : atque in ultimo incipientium constituit ordine . Suscepit bonus patientie diaconus fortissimusque tollerantie archidiaconus patris uerbum:ac sentētiam adeo absque merore ut quasi non ipse sed alius uideretur increpatus.Igitur cum in tali ordine dies quadraginta peregisset rursus illum ad pristinum gradum reduxit sapientissimus pater Quem item post unum diem archidiaconus obsecrat ut se in eadem ignominie humilitate restituat.Deliquisse se graue quoddā atq; infandum in ciuitate asserens. Sciens autem

ſanctus hunc non uera proſequi ſed humilita
tis gratia hoc inquirere ceſſit parere hone
ſto deſiderio uidiſſes canitiem uenerandam
degere in incipientium ordine ſincere oēs ut
pro ſe orarent deprecantem.|Cecidi enim aie
bat in fornicationē in obedientie michi tamē
humili reſerauit hic magnuſ macedonius.Cu
ius rei gratia ad hanc propoſiti humilitatem
ita ſponte accurriſſet. Nunq̄ enim inquit ita
me bello oī lenigatum ſenſi diuiniq; luminis
dulcedinē in me ipſo uidi ut nature angelorū
eſt non cadere ut aiunt quidam forte nō ua-
lentiū:hoīum uero cadere rurſumq; cū hoc
contigerit ſurgere demonū uero cum tantū
ſemel ceciderit nunq̄ penitus reſurgere. Is
autem cui monaſterii diſpenſatio tradita erat,
hoc mihi enarrauit. Iuuenis īquit, cū eſſem,
atq; in cura animalium degerem. Contigit
ut in grauiſſimam animę ruinam pręcipita-
rer ego cubi conſuetudo erat,nichil unq̄i cor
dis fouea tectum ſeruare, apprehenſa caudā
(quam finem operis appello)medico mox fa-
cinus meum denudaui. Qui ſerena facie ſub
ridēs leuiterq; maxillam meam feriens.abi,in-
quit, fili miniſteriumq; tuum,ut prius exeque
re nil penitus metuens.Ego itaq; fide firmiſſi
ma roboratus paucīſq; diebus ſanitatis mee

certior factus uiam meā gaudio simul & tremore plenus currebam. Habet omnis creature ordo ut aiunt quidam differentias plurimas. Itaq₃ quoniā & in illo fratrū cetu erant profectuum sentētiarumq₃ differentie siquos forte pater sanctus ostentationi studere denotasset, cum seculares ad monasterium ueniebant, hac eos arte curabat. Contumeliis illos in conspectu aduentantium afficiebat ministeriaq₃ illis ignobiliora iniungebat: Quo illi increpationis genere ita sanabantur ut iam siqui ex seculo ad monasteriū uenissent aspectum eorum cursu fugerent. Eratq₃ iocundū spectaculum uidere ipsam inanem gloriam se ipsam persequentem hoīes quia fugiētem.

Noluit me dominus ex eo monasterio absq₃ uiatico orationum sancti cuiusdam uiri demigrare. Assumpsitq₃ inde septimo die anteq̄ proficiscerer uirum per cūcta mirabilem mēnam noīe secundū post abbatem in monasterii regimine qui annos iam quinquaginta & nouem egerat in monasterio omnemque cenobii administrationem executus fuerat. Tertia igitur die celebrantibus nobis pro dormitione tanti patris officium consuetum subito locus ille ubi sancti uiri corpus iacebat miri odoris fragrantia impletus est, permisit

mena

igitur magnus ille loculũ in quo repositum erat corpus detegi quod cum factum esset uidimus omnes ex illius preciosissimis plantis ueluti ex duobus fontibus unguenti manare suauitatem. Tũc ad omnes monasterii magister conuersus uidetis inquit ut fatigationẽ eius ac laborum sudores quasi re uera unguentum preciosissimum oblati susceptique deo sunt Multas quidem & alias huius beatissimi menne uirtutes nobis loci eiusdem patres referebant. Dicebant uero & istud ꝙ uolẽs aliquando insignem illius pater monasterii probare patientia reuersum ad monasterium prostratumq; abbati & benedictionem secũdum consuetudinem suscipere orantem aue spera usq; ad colecte horam ita illum humi iacere prostratum permisit. Tunc uero iam illum benedicens & ueluti ostentationis gratia cuncta facientem ac impacientissimum obiurgans errexit tandem Sciebat enim sanctus quã id fortiter ferret. quo circha & istud ad conctorum hedificationem spectaculum edidit huius uero sancti menne discipulus qui magistri oia plenissime nouerat & de his certiores nos reddere solebat. Cum illum cu

tiosius interrogarem ân ante abbatem ita p ſtratus ſõno depreſſus fuiſſet. Aſſeuerabat il lũ ſic humi iacẽtẽ pſalteriũ omne ceciniſſe.

Non omittam ſermonis noſtri coronam & preſenti illuſtrare ſmaragdo·Moui ego ali quando quibuſdam ex illis fortiſſimis ſeni bus de ſolitarie uite queſtionem. illi uero ſe rena ac ſubridenti facie leto atque placidiſſi mo geſtu aiunt ad me. Nos o pater iohan nes terrenĩ cum ſimus terre etiam propius ui te inſtitutum cepimus: illud conuenire iudi cantes ut pro menſura infirmitatis noſtre etiã bella ſubiremus ſatius eſſe exiſtimantes cum hominibus luctari qui aliquando quidem ef ferantur: aliquando uero manſueſcunt & re ſcipiſcunt quam cum demonibus qui aduer ſum nos ſemper armantur & ſeuiunt. Ali us uero ex illis rurſus ſempiterne memoran dis uiris cum me in domino plurimum dili geret meq; familiariſſime uteretur. michi ſe mel placidiſſime dixit.

Si re uera ſapientiſſimus cum ſis effectum uir tutemque uerborum eius qui dixit omnia poſ ſum in eo qui me confortat: Si Chriſtũ tota

animi intentione complexus es si spiritus san ctus castitatis rore ut olim in uirgine ita sup uenit in te. Si uirtus patientie obumbrauit tibi accinge sicut uir lumbos tuos obedien tie linteo & a quietis cen[illegible] consurgens in spi ritu contrito: fratrum pedes laua imo uero abiecta mente fratrum pedibus aduoluere · Statue in cordis tui ianua seueros ianito res & uigiles. Tene insuperabilem atq; im mobilem mentem in corpore huc illucq; di stracto. Exerce in membris agilibus ac mo bilibus intellectualem quietem: Atq; id quod mi racula excedit omnia: Esto in medio tumul tuum inpauidus animo. Restringe insanā linguam ne ad contradicendum facille desi liat. Pugna aduersus hanc rabidam dominā dies septuagies septies. Affige in anime li gno quam crucem dicimus incudē uidelicet mentem ut per alternos maleorum ictus & crepitus percussa ludribiis & maledictis irri sionibusq; lacessita iniuriis affecta in fracta & in nullo lesa seu dissoluta perseuerans tota lenis & plana immobilisq; persistat. Exue te uoluntatibus tuis. ut confusionis amictu: atque his nudus: stadium pietatis ingredere. indue quod rarum & difficile inueniri potest ad certaminis magistrum immobilem uel in

uiolabilem fidei loricam:quam nulla iam in fidelitas dissoluere aut uiolare possit. Con tine freno pudicitie tactum impudenter pro silientem. Reprime perpetua meditatione mortis oculum ne horis singulis magnitudi nes ac pulchritudines corporum curiosius in tueri uelit. Refrena iugi tui ipsius cura cu riosum animum qui dum sui negligens est fratrem semper condemnare uult: omnēque dilectionem & misericordie affectum ad pro ximum sincere semper ostende. In hoc enim amantissime pater uere cognoscent homines ꝙ christi discipuli simus si in unum congre gati dilectionem habuerimus ad inuicem.

Irrisiones horis singulis ut aquam uiuam bibe. Huc huc rursus aiebat amicus optimus hic accede nobiscū et una morare. Nam cun cta que sub celo sunt proscrutatus. iocunda & leta sanctus dauid. Nouissime omnium he sitās[uel exultās aiebat. Ecce nunc quid bonū aut quid iocundum? Nichil sane aliud ꝙ ha bitare fratres in unum. Quod si nundum huiusmodi patientie & obedientie tam pre claro bono dignissimus reliquum est ut infir mitatem agnoscentes nostram. Procul a certa minis stadio in solitudine stemus: atque hu iusmodi athletas beatos confiteamur eisque

patientiā in precemur. Victus sum fateor uer bis optimi patris ac prestātissimi magistri qui michi euangelica : & prophetica auctoritate ac longe amplius sincerissimi amoris iure repugnauerat. Ex quo factum est ut sancte obe dientie absq; ulla controuersia iam palmam non inuitus darem. Vnam ad hoc per uti lem illorum beatorum uirtutem memorabo ac ueluti ex paradiso exiens ad ineptam rursus & in utilem ac diuinosam orationem no stram remeabo. Ad orationem plerumq; stantibus nobis. Animaduertit pater sanctus quosdam inuicem colloquentes quos ante fo res ecclesie statuens iussit. Vt per septem dies cunctis intrantibus & exeuntibus prosternerē tur siue clerici siue presbiteri fuissent. Con siderans autem ego quēdam ex fratribus ad psallendum attentius astantem atq; in princi pio maxime hymnorum ueluti ad quosdam nutibus suis & facie loquentem. Rogabam ut michi quid sibi nos ille & nutus ille uellet apiret: Qui pdesse mihi cupiens nichilq; abscondere decernens. Ego inquit pater iohan nes cogitationes meas & mentem atque ani mum colligere a principio collecte consueui

& coram cõuocatis eis acclamare. uenite adoremus & procidamus christo regi ac deo nostro. Eum uero qui parande fratribus refectioni preerat cum curiosius inquirerem hoc facere animaduerti· Ad cuius latus cum appẽsum cingulo breuem libellum conspicerem didici eum cottidie cogitationes suas. in eo notare hasque omnes nuntiare pastori solitum. Non solum autem illum sed & alios q̃ plures id facere ibidem prospexi. Erat enim ut compari patris sancti mandatum. Expulsus est aliquãdo a patre unus ex fratribus qui apud illum proximum suũ ut nugis & loquacitati deditum criminatus fuerat. Qui ad monasterii ianuam septem dies perseuerans orabat ut ingressu. simul & uenia potiri mereretur. Quod cũ didicisset studiosus animarũ custos nichilque omnino sex illis diebus illũ comedisse explorasset. Hoc illi denuntiat ut si habitare omnino in monasterio uellet statuendum se sciret in penitentium ordine.

Cum igitur hoc libenter amplectaretur penitens iubet eum pastor ad seperatum peccata lugentibus monasterium deduci:

quod & factum est. Quoniam uero se obtulit occasio ut dicti monasterii mentionem faceremus. Pauca de illo necessario dicenda sunt

Locus erat uno tantum lapide a magno
carcer monasterio distans carcer. appellatus omni mortali consolatione destitutus. Non illic unq̄ fumi uapor apparebat non uinũ non oleũ ad cibum non aliud quicq̄ preter panẽ & minutata ollera in hoc ii qui post supernã uocationẽ deliquissẽt ita eos claudebat pater ut p̄cedere inde nusq̄ ualerent: Non quidem oẽs simul sed seorsum singulos aut certe multum duos simul alibiq; tādiu morabantur quo ad eum dominus de singulorum remissione certiorem faceret. Constituerat autem illis qui preesset loco magnum & singularem quẽdã uirum ysaach nomine qui perpetuã fere orationem ab his qui sibi seruandi tradebantur exigebat. Erant illis etiam ad accidiam uitandam plurima palmarum folia. hec uita hic status hoc propositum est faciem dei iacob re uera inquirentium. Est quidem preclarum labores sanctorum admirari imittari uero insti tuere salutem prestat. Porro illorum conuersationem uelle quempiam repente totam imitari irrationabile est simul & ipossibile. Quotiens reprehensi mordemur atque augimur

tangat nos memoria nostrorum delictorum donec uiolentiam nostram quam uult a nobis perpeti intuens dominus & peccata nostra & augentem cor nostrum dolorem una deleat & in gaudiū conuertat. Secundū enim multitudinem dolorum meorum in corde meo inquit. Consolationes tue letificauerunt animam meam. Tempore idoneo non obliuiscamur eius qui dicit. Ad dominum Quantas ostendisti mihi tribulatiões multas & malas & conuersus uiuificasti me & deabissis terre cum corruissem iterum reduxisti me. Beatus qui propter deum cottidie maledictis & conuiciis lacessitus sibi ipsi uim fecerit. Hic enim cum martiribus tripudiabit: & angelis parem confidentiam & gloriam merebitur.

Beatus monachus qui se ipsum omni ignominia omnique abiectiōe dignum horis singulis extimati. Beatus qui uoluntatem suā ad finem usque mortificauit: suique ipsius curam omnem atque diligētiam spirituali magistro permissit. Nam ad crucifixi dexteram constituetur. Siquis increpationem siue iustam siue iniustam ab se ipso adicit hic salutē suam abnegauit. Qui uero hanc siue cū labore siue labore suscipit cito suorum delictorū uenia & remissione potietur. Deo eā quā

ad patrem tuum habes fidem sinceramque caritatem in uitimis ostende. Et ille hūc occulte certiorem faciet:tui in illū affectus integeri neqꝫ dilectionis ut tibi post hac uberiori beniuolentia & familiaritate iungatur. Is qui serpentem omnem semper prodere paratus est certissime de se fidei argumentum dedit qui uero illum ī sui cordis latebris ocultat adhuc uagus errat. Siquis amorem suum ac proprie dilectionem quā ad fratres habet explorare cupit tunc inde certior fit cum se ī fratris delictis lugere intentius prospexerit:rursusqꝫ ī illius profectibus & gratiis letari. Is qui dum loquitur uerbum suum q̄uis illud sit uerum firmare uoluerit sciat se diaboli morbo egrotare. Quod si cum suis equalibus colloquendo id facit fortasse aliquando maiorum increpatione curabitur. Sin uero ī maiorum & sapientiorum sermone contra sententium pertinax in sua opinione perseuerat humana arte nunq̄ sanari poterit. Qui in uerbo humilis nō est nunq̄ profecto erit in opere. Nam qui in modico infidelis est in magno quoqꝫ in fidelis erit neqꝫ cuiusq̄ cedet auctoritati frustraqꝫ laborabit neqꝫ sancta obedientia quid

q̃ sibi preter iudiciũ reportabit. Siquis cõsciẽtiam suam mundissimam in patris spiritalis subiectione seruauit hic iam mortem ut somnum: imo uero ut uitam cottidie intrepidus expectat certissime sciens obitus tempore sui ipsius non a se sed a patre rationem esse requirendam. Siquis in domino nulla ui impulsus a patre ministrationem suscipit atq; in ea preter spem & expectationem suam lapsus in aliquo fuerit: Non ei qui dedit arma sed sibi qui suscepit ruine causam imputet. Suscepit enim arma ad pugnandum contra inimicũ: cõuertit aũt ea ĩ cor. Quod si coactus id fecit: infirmitatemq; suam iniungenti ministerium predixit: bono animo sit: nam & si ceciderit non morietur. Nescio quomodo me pene fugerat. O amantissimi & hunc uobis apponere suauissimum uirtutis panẽ. Vidi enim illic obedientes in domino qui seipsos iniuriis & contumeliis atq; ignominiis cottidie afficerent ut cum ille sibi ab aliis irrogarentur hoc exercitio parati inuenirentur tanquam assueti non augi ignominiis. Anima que semper cõfessionẽ delictorum meditatur hoc ueluti freno a peccatis coherçetur

Namque confiteri detractamus ea ueluti in tenebris sine ullo metu perpetrare consueui mus quotiens absente patre eius nobis facie fingimus ipsumque nobis astare putanus: congressumque omnem aut sermonem aut cibum aut somnum. aut aliud quilibet eius modi quod sibi ingratum. Fore putamus fugimus & aduersamur Tunc re uera obedie tiam liberam & minime adulteram nos arri puisse sciamus. Nam pueri segnes & ignaui ex magistri absentia letantur quam ardentes & industrii summu detrimentum sibi arbitra tur. Interrogaui quendam ex illis pro bea tissimis patribus quo obedientie uirtus hu militatem possidet. Qui ait etiam si mortuos suscitet gratus obediens & si lacrimatum pos sideat donu: etiam si bellorum fremitu per maneat liber omnia peitus spiritalis patris pre cibus consecutum se arbitrabitur atque ita ab ianni tumore permanebit liber. Quando eni in illa re. efferri: atque gloriari poterit qua non suo studio uel merito sed solo patris ad iutorio se egisse constanter tenet: Non nouit solitarius huiusmodi uirtutis munus. Quippe plus in illo iuris habet in anis tumor cum si bi suggerit proprio illum labore ac studio uir tutes parturisse. Cu is qui subiectus est duos

euaserit laqueos manebit enim seruus christi perpetuus obediens (contẽdit demon obedientie deditos) Hũc quidem sordidis inquinare humoribus nunc uero duros corde: & preter morem solitum turbulentos aridosq̧ & infructuosos gule deditos: atq̧ orationem pigros somnilentosq̧ & tenebris plenos efficere ut eos ita affectos ueluti qui ex obedientie uirtute nil proficiant. Imo uero etiam retro erat: ab instituto certamine retrahat. Neq̧ enim eis in mentem uenire permittit ꝙ dum ista que uidentur optima nobis singulari dei dispensatione subtrahuntur. materia nobis ꝓfundissime humilitatis datur. Repulsus est sepenumero quorumdam tolerantia huiusmodi deceptionis auctor cum post paululum adhuc isto loquente alius angelus post modicũ astans altero nos modo seducere nittitur.

Vidi populosq̧ obedientie deditos facile compungi placidos esse continentes studiosos feruentes quos patris presidium bello seruauerat immunes quibus astantes demones eos iam esse ydoneos qui ad solitudinem ꝑperarent suggesserunt. ueluti per eam possent ad fastigium summe ac placidissime quietis euadere. his illi persuasi ac seducti atq̧ e portus fida statione ad pelagi profunda transeũ

tes. Tempestate ingruente solatio gubernato rum destituti sordido salsoque mari miserabiliter absorpti sunt. Necesse est enim cõuerti mare & turbari atque efferari ut tunc materiam omnem quam perturbatio & uiciorum flumina in ipsum dedixerunt omnemq; putredinem & herbam per eadem rursus in terram deiciat. Inueniemus si diligentius inspiciamus post feros fluctus maris maximã tranquillitatem seq solere. Qui patri spiritali. nunc quidem obedit. Nunc uero inobediens est is ei comparandus est qui oculis suis modo colirium modo calcem imponit. unus eum inquit si hedificet & alius destruat. Quid nisi labores acquisierũt Noli o fili atq; domini obediens spiritu elatiõis decipi neq; peccata tua ueluti ex persona alterius magistro denuncies. Neque enim licet absque uerecundie tubo re eterna confusione liberari. Aperi denuda detege medico uulnus tuum· Dic age noli confuudi. Meum uulnus est pater mea plaga cuius mihi causa fuit non alterius sed mea negligentia. Nemo huius auctor extitit non homo non spiritus non corpus non aliud qc quam nisi desidia mea. Esto dum cõfiteris habitu spẽ cogitatione: ut condemnatus reus dimisis in terram luminibus: atque si fieri po-

test magistri aut medici pedes:ut christi pedes lachrimis riga. Solent nonnunquam demones nos ut aut non confiteamur hortari: aut certe ut hoc ueluti ex alterius persona faciamus siue ut alios quosdam peccati nostri insimulemus auctores sicut certum est:consuetudo plurimorum ualet:& cuncta ex ea pendēt eamque sequntur omnino longe amplius ea ualebit in bonis cum potentissimum habeat adiutorem deum. Noli o fili annis plurimis laboraus lassascere donec in te ipso beatissimam inuenias requiem. Quod si te ipsum in initio toto animo ignominiis exposuisti: Ne indignum putes adiutori ac magistro tuo tā quam deo uultu animoque dimisso culpas tuas confiteri. uidi enim reos quosque miserabili omnino habitu uehementiorique confessionis & supplicationis ui duritiam ac seueritatem emolisse iudicis illiusque iracondiam in misericordiam conuertisse. Quo circha Iohannes quoque domini precursor antequam baptismi lauacra donaret ab accedentibus cō fessionis humilitatem requirebat. Non quidē ullo eorum ipse indigens: sed eorum saluti modis omnibus consulens. Nec metu ullo: aut magna admiratione teneamur. Si etiam post confessionem oppugnamur:prestat

Note enim cum inquinatiōe carnis q̄ cum elatiōe mentis habere conflictum. Noli citius accurrere neq̨ elleueris facille: cum enarrari audis solitariorum atq̨ anachoritarum patrum uitas tu enim prothomartiris militia incedis. Neq̨ si cadere in conflictu contingat fr aterna ex acie excedendum est. Nam tunc maxime indigemus medico cū uulnera susceperimus. Is enim qui adiutorio subnixus pedem in lapidem offendit si adiutorio destitutus esset: Non offenderet solū sed omnino moreretur. Quotiens lapsi ceciderimus ocius demonis atq̨ acerius instruit ac ueluti rationabilē imo uero irrationabilem occasionē nacti tūc iam nobis quietem solitudinis suggerunt ea intentione ut ruine nostre ruina etiam addiciant cum se medicus de uirium suarum impotentia excusat tunc ad alium necessario eundum est. Nam sine medici peritia pauci curantur. Quis ille erit qui aduersetur ita diffinientibus nobis eam nauem quam gubernator optimus ac peritissimus regit sinaufragium incidat omnino perituram si gubernatore destituta esset: Ex obedientia humilitas ex humilitate uero placida animi tranquillitas nascitur. Quippe in humilitate nostra memor fuit nostri dominus & redemit nos de-

inimicis nostris. Nichil igitur dicere prohibet exobedientia tranquillitatem nasci per quam finis humilitatis acqritur Hec eni illā ichoat sicuti moyses legem perficit autem filia matrem: sicut maria sinagogam. Supplicio re uera omni digni apud deum sunt illi egroti qui medici peritiam utiliter experti anteq̄ perfecte reddantur sanitati hunc deserūt alterūq; illi prefertur. Noli eius manus fugere qui te obtulit domino. Neq; enim alium ita ut illū in uita tua reuereberis. Nequaquā tutum est impito & gregario militi ad gladiatoriū certamen descendere: Ita ne monacho quidem tutum est. Anime ignaro rudi adhuc perturbationumq; neq; in his antea extractato ad solitudinem contendere: Ille enim in corpore. hic uero in anima periclitabitur. Boni (inquit scriptura) duo super unum. Hoc est bonum est filio una cum patris adiutorio per operationem sancti spiritus aduersus anticipationes siue uiciosam consuetudinē pugnare. Qui tecū duce pastore gregē uie ignarum ductori infantem patre suo egrotū medico gubernatore nauem destituit & fraudat utrisque periculum parat. Qui uero sine patris auxilio contra spiritus nequam pugnare nittitur ab illis occiditur. hi quidem qui

ad medicorum tabernas in initio aduenĩũt dolores suos: Qui uero ad subiectionem accedunt eam que in se humilitatem notent. Nam illis quidem dolorum lenigatio istis uero sue reprehẽsiõis adiectio certissimũ signũ sanitatis est sit tibi conscientia subiectõis speculum & satis est. Hi quidem qui in solitudine patri subiecti sunt demones tantum aduersarios habent. Qui uero in cõgregatõne sunt demonibus atque una hominibus colluctatur & priores illis quidem ex iugi cõspectu preceptoris diligentius illius mandata custodiunt. Sequentes uero nõnunquam per illius absentiam ea paululum transgrediuntur. Verum si studiosi laborumque patientes fuerunt per offensionem tollerantiam defectum illum copiosissime supplent coronasq; duplices refferunt. Omni custodia seruemus nosmetipsos. Portus enim nauibus repletus eas facile conterere ac demoliri solet atq; maxime illas que ab iracundia ueluti a uerme aliquo latentur perforate fuerint.

Dum submagistri manu sumus silentio supremo ignorantiam semper pretendentes nos ipsos asuefaciamus. Vir enim tacitus philosophie filius: plurimamque semper scientiam possidet. Vidi eum qui sub

ditus erat uerbum ex ore magistri rapuisse deque eius subiectióe desperaui animaduertens illum ex ea superbiam potiusquam humilitatem acquisisse. Omni uigilantia prospitiamus omni diligentia obseruemus omnique custodia prouideamus quando aut quomodo ministerium orationi preferendū sit. Neq3 enim sane id semper faciendum est attende tibi ipsi quando in conspectu fratrū tuorum astas. Vt non uelis eis iustior uideri in nullo penitus. Duo enim mala facis dum & illos ex hoc tuo falso ac ficto studio conturbas & tibi ex omni loco arrogátiam & superbiam conquiris Esto animo studiosus ac solicitus neque id penitus corpore fingens non habitu non sermone non signo. Istudque si proximum tuum spernere ac minimum uel minimi existimare quieuisti. Quod si hactenus ad id pronus ex istis esto fratribus tuis p omnia similis neque per ellationem dissimilis. Vidi plerumque improbum discipulum enim de magistri uirtutibus coram hominibus quibusdam loqueretur gloriantem. Qui tamē dum sibi ex aliena fruge gloriam unde retur acquisisse ignominiam potius retulit conctis ad illum conuersis ac dicentibus

Et quomodo arbor bona ramum infructuosum tulit? Non tunc non: pacientie deditos uirtuti existimemus cum patris obiurgationē fortiter tulerimus: sed cum a cunctis hominibus contempti atq; uerberibus etiam affecti cōstātet tollerauerimus. Patrem enim id circho tolleramus quia reueremur illiq; pro impensa nobis cura debitores sumus. Bibe summa alacritate obiurgationes atq; irrisiones: a quo uis homine tibi propinatas non aliter. q̃ aquam uite. Potare enim te querit salubri potione & p quam omnis animi lasciuia & luxuria purgetur. Nam huiusmodi reuera haustu orietur intima & profunda castitas in anima tua: luxq; dei condidissima ex corde tuo non desitiet. Nemo cum sub se ipso uiderit fratrū cetum requiescere in mente suaincautus glorietur. Fures enim iuxta sunt recolens recole: quid dominus dixerit. Cū omnia feceritis que precepta sunt uobis dicite serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus. Porro qua iudicii subtilitate labores nostros deus examiet in exitus nostri tempore sciemus. Cenobium est terreste celum. Id circho quasi angeli ministrantes domino affici in corde studeamus. Nonnunquam hi qui in eiusmodi celo sunt corde fere lapidei fiunt. Nonnunquam uero

per compunctionem moliuntur: ut per huiusmodi duritiam elationem fugiant. & per lacrimas labores cōsolētur. Modicus ignis plurimum cere moliuit. Modicumque contingētis ignominie omnem sepe cordis feritatem omnem duritiam omnemque cecitatem repente moliuit obdulcauit deleuit uidi aliquādo duos latenter obsidere certantiumque gemitus: ac labores obseruādo ascultare: sed alter imittandi studio id faciebat alter: ut cum tempestiuum cerneret, ista cum exprobratiōe publicaret: ac dei famulum a sacra ista exercitatione refringeret. Noli preter rationem silere ne ex tui silentii improbitate aliis turbationis & amaritudinis actor fias. Neq; moribus tardus incessuq; celer sis: alioquin turbulentis & insanis deterior eris: uidi ut ait Job huiusmodi nonnunquam morum tarditate: interdum uero etiam ex dexteritate animas parere maliciéq; uarietatem admiratus sum. Qui in fratrum medio consistit non tātum ex psalmorum modulatione quam ex cōe lucrari poterit. Nam sepe ex alterius uocibus & modulationibus ne uirtutem intellectumq; ps cōsequi possumus impedimur. Certa tota animi intentione mentemque semper iquietam a uagam infatigabiliter contine: te ipsum ad

te ipsum colligẽs. Neq enim ab his qui obe
dientie legibus uiuunt orationem sine ullo
cogitationũ strepitu quietam requirit deus.
Noli tristari aut merore ullo affici si dũ oras
subtilissime inimicus irrepit animiq itentio
nẽ clam ut fur auertit sed bono animo esto
dum semper lubricam reuocas mentem. An
gelis enim solis datum est huiusmodi nõ pa-
tere furibus. Qui sibi ipsi latenter persuasit
nunquã sibi ab huiusmodi conflictu recedẽ
dum usq ad extremum spiritum me similẽ
mortem ut ita dixerim anime & corporis i
pendant nichil huiusmodi facille incurret.
Nam cordis hesitatio & infidelitas locorum
q mutatio offendicula semper atq calamit-
tates parare consueuerunt. Qui enim proni
ac faciles ad migrationem mutationemq lo
corum sunt improbi omnino iudicantur Ni
chil ita boni operis fructus consueuit obtun
dere ut locorum crebra mutatio. Si ignotum
tibi hactenus medicum siue medicine offen
deris tabernam esto ut preteriens uiator con
ctorumq illic degentium clam experimen-

tū sume At si ex opificibus & ministris quid quam auxilii & emolumenti in tuis egritudi nibus te accepisse persenseris maxime uero in timore anime quem euacuare queris tunc iam secutus accede teq; ipsum uede illic hu militatis auro sub obedientie cirographo & administratiōis litteris testibusque angelicis horum in conspectu disrumpe atque consin de proprie uoluntatis cartam. Nam si huc il lucq; circumeas fedus iam & pretium quo te christus emerat uiolas. Admoneat te iugi ter sepulcri memoria Nemo émonumento progreditur ante cōem resurrectionem om nium Sin uero exierint aliqui cōsidera quia & mortui sunt. Quod nos uti ne patiamur dominum intenti oremus. Cum senserint fra giliores quiq; ac segniores grauia sibi impe rari tunc orationes preferre contendunt cū uero leuiora tunc ab hac ueluti ab igne diffu giunt. Sunt nonnulli qui postq; administra tionis officium susceperint pro consola tione & quiete fratris requisiti illo se ab dicant atq; id ei concedunt. Sunt item

qui ex pigritia id faciunt. Sunt qui ex inani gloria facere id uolunt. Et sunt qui ex alacrita te animi. Si te rapuit quodlibet genus uiuen di uidesque in eo. anime oculū absque profe ctu persistere disiungi ab instituto quam cele rius sattage. Verum his qui probatus est eque in omnibus probatus est sicut etiam econtra. Maledicta in seculo atque iniurie multa sepe difficilia fecerunt. Ita & in religiosis congrega tionibus gule illecebra. ruinam omnem & ne gligentiam atq₃ contemptum operantur. Hác tu rabidam dominā si subigere nolueris om ni in loco placidissimam quietem acquirere ualebis. Illa uero si tibi dominetur extra mo numentū omni in loco periclitaberis. Domi nus quidem illuminat cecos obediētium ocu los ad contuendas magistri uirtutes. Idemq₃ eos excecat ne defectus uideant econtra ue ro bonis omnibus infestus demon facere co natur. Sit nobis o filii: forma optime subiectio nis argentum: q₃ uiuum dicitur q₃ quamlibet in omnia uoluatur manet tamen omni sordi um commixtione liberum. Qui soliciti ac stu diosi sunt seipsos cautissime attendant ne dū negligentiores quosq₃ iudicant seuerius q̄ illi cōdēnēt: Idcirco. n. ut reor iustificatus ē Loth qui cū in flagitiosoꝝ medio obseruaretur nū

quã illos penitus iudicasse deprehensus est semper quidẽ conseruandus est quietus animus atq; ab omni perturbatione liber Sed attentius tamen cum domino psallimus studẽt enim maxime demones perturbationibus orationẽ nostrã ĩpedire atq; demoliri. his reuera minister ydoneus censetur qui cum hominibus corpore asistat mente tamẽ per orationem celos pulsat. Iniurie quidem atq; contumelie obiectionesq; & huiusmodi cetera in obedientis anima absinthii amaritudini similia sunt laudem uero honores gloriosiq; rumusculi in his qui talia studiose aucupantur in morem mellis suauitatẽ maximam gignunt inspiciamus ergo diligẽtius naturam utrarumq; rerum Absinthiũ quippe omnem intestinorum fecem purgare certum est. Mel uero bilem augere solet. Secure eis credamus in domino qui curam nostri susceperunt etiam si quedam iperent que cõtraria ac saluti nostre uideantur aduersantia Tunc enim tunc fides ad illos nostra ueluti in fornace humilitatis comprobatur Hoc enim est uerissime fidei indicium si contraria quam sperabamus aspicientes precipientibus absque ulla hesitatione obtemperemus Ex obediẽtia ut diximus humilitas na-

ſcitur ex humilitate diſcretio.ut a magnó quo
que caſſiano in eo ſermone quem de diſcre-
tione conſcripſit uenuſtiſſime atque altiſſi-
me diſputatum eſt.Ex diſcretione uero ani-
mo clariſſimum lumen infunditur: ex quo
etiam preuiſio naſcitur.Quis igitur ad hoc tã
preclarum iter obedientie non leto animo ac
currat cum ante ſe tantam bonorum copiã
uidetur?De hac ſingulari uirtute cantor ille
optimus aiebat.Paraſti in dulcedine tua pau
peri obedienti deus preſentiam tuam in cor-
de ipſius.Nunquã excidat ibi in tota uita tua
maximus ille athleta qui totis decem & octo
annis auribus exterioribus nunquam a ma-
giſtro audiuit.Salueris ĩterioribus uero quot
tidie audiebat a domino. Nos quidem ſal-
ueris quod optatiuus eſt ac pro incertoponi
tur ſed ſaluus factus es:quod firmum ſimul.
ac diffinitum eſt.Plerique ex obedientiũ gre
ge cum facilitatem patris animaduerſunt ſen
ſum dum neſciunt ad ſuas uoluntates eorum
nutus inclinauit.Sciant autem huiuſmodi ſe
confeſſionis corona omnino occidiſſe.Obe
dientia eſt ſimulationis propriique deſiderii
omnimoda renunciatio.Sunt qui ſuſcepto ĩ
perio cum imperantis intentio in hoc parũ

gratum animaduerterent id repudiauerunt Sunt item qui cum idem persentirent tamen in conctanter ac sine ulla hesitatione obtemperauerunt. Querendum qui nam ex his religiosius fecerunt. possibile non est ut dyaconus sue ipsius resistat uoluntati atq; tibi persuadent qui in neglygentia uiuunt & in una solitaria celula siue in cenobio perseuerant.

Cũ ut loco excedamus oppugnamur. Sit ea pugna nostre illic uirtutis indicium. nam si oppugnamur quis pugnare nos ambigat? Nonero occultator iniquus nec fraudator inhumanus ut ea apud nos sileam que silere omnino nefas est. Iohannes sabbatia sumus uir mihiq; carissimus res mihi retulit auditu mirabiles & memoratu dignissimas res mihi retulit auditu mirabiles & memoratu dignissimas. Quod aut is uir perturbationibus & passionibus sit liber atque a mendatio procul uerboq; & opere mundus: cum eius experimentum ceperim noui pater optime. Hic itaq; mihi ista narrauit. Erat iquit in monasterio meo quod est in assia.

Inde enim iustus ille aduenerat. senex quidam negligentissimus ac parum moderatus quod non iudicandi causa sed

ueritati studens dico. Hinc erat discipulus mi
nos Achatius nomine: quem nescio quo pa-
cto sibi acquisiuerat simplex quidem animo
ac uoluntate sed sensu ac cogitatione prudē-
tissimus. Qui tanta ab huiusmodi sene passus
est. quanta si referre uoluero plurimis forte ui
debuntur incredibilia. Non enim iniuriis so
lum atque contumeliis & ignominiis uerum
etiam uerberibus eum quottidie afficiebat.
Erat autem hec illius tolerantia non sane irra
tionabilis. Ego igitur cum illum quottidie ut
emptitium seruum suprema in erumna dege
re aspicerem: obuians illi sepissime dicebam.
Quid est frater Achati? Quomō tibi ē hodie?
Ille uero continuo nunc quidem liuētem tu
midumque oculum. Aliquando uero faciem
fractam & ceruicem: sepe ictum caput osten-
debat. Ego itaque sciens eum patientie ope-
rarium aiebam illi. bene sustine uiriliter & pro
derit tibi. Cum igitur egisset annos nouem
sub misti illo & acerbo sene migrauit ad do-
minum sepultusque est in patrum cimiterio.
Post quinque autem dies abiit ad magnum
quendam illic senem Achatii magister. dixit
que illi: Pater achatius mortuus est. Quod cū
audisset senior. respondit uere senex non id
mihi persuades. Qui ait ueni & uide cōtinuo

ſurrexit ſenex uenitque cum beati pugilis magiſtro ad cimiterium. Clamauitque tanquam uiueret ad eum qui uere in beata requie uiuebat. Dicés frater achati: putas ne mortuus es? Cum uero gratus ille obediens etiã poſt mortem obedientiam oſtendens magiſtro illi: ita de ſepulchro reſpondit. Et fieri quomodo poteſt pater ut moriatur homo obedientie deditus? Tunc ſenex ille qui pridie illius magiſter appellatus fuerat territus in faciem cum lacrimis cecidit. atq; ad monaſterii abbatẽ petiit: ut ſibi iuxta tumulum eius celulam conſtruere liceret. Illicq; iam ſobrie uixit dicens patribus: ſemper homicidium feci. Mihi quidẽ pater Iohannes noſter magnum hunc Iohannẽ fuiſſe qui cũ mortuo locutus ſit. Aliud enim quoddam ueluti de alio mihi enarrauit beata eius anima. Fuit autem ipſe ut poſtea certior ſum factus. Cum id exploraſſem diligentius. Alius quidam aiebat in eodem aſie monaſterio cuidam monacho miti atq; mãſueto in diſcipulum eſt datus. hic cum uideret ſe a ſene quaſi honorari ac preſtari ſibi requiem quod plurimis periculoſum eſſe ſolet: bene & prudenter excogitat. Obſecrat ſenem: ut illũ ab ſe dimittãt: quod idcirco non ualde moleſtum fore uidebatur: quia habebat ſenior: &

alium discipulum profectus igitur ab illo est litterisq; cõmendatitiis magistri sistitur in quo dam ponti cenobio. Prima autem nocte qua cenobium ingressus est uidet quosdã per som nium ab se rationem exigere. Tãdem post ter ribile id horrendumq; examen debere se repe rit centum auri libras. Experrectus itaq; uisum q; diiudicãs ait. humilis anthioche (hoc enim erat ipsi nomẽ) uere graui ere: oppressi sumus alieno. Plurimaq; per soluenda restant Sic igi tur in cenobio inquit permãsi annos tres obe diens omnibus nichilq; discernens cum me omnes spernerent: atq; ut peregrinum iniuriis afficerent. Neque enim erat ibi preter me pere grinus alius monachus. Post triennium uero rursus in somnis aspitio quendam qui decem debiti mei libras abolitas ostendit Expurgefa ctus itaque intellexi uisionem & dixi. Decem solũmodo libras per solui. Et quando imple turus sum reliquũ debitum: Tunc ad me ip sum dixi Humilis anthiochae ampliore labore & ignominia opus habes. Ex tunc itaque me amentem & fatuũ simulare cepi nichil tamen ministerii mei penitus obmittens. Quo circa in tali me ordine atq; alacritate cernentes im mittes patres cuncta michi monasterii grauia opera iniungebant. Cum uero in hoc institu

to uite .xiii.ãnis perdurassem uidi eos qui mi chi antea apparuerant rursus ad me uenire to tiusque debiti solutionem impletam ex inte gro ostendere. Cum igitur in aliquo me ue xabant monasterii monachi debiti mei stratū rem uiscebar·atq̧ ita fortiter ferebam.Ista mi chi sapientissimus iohannes ueluti ex alterius persona enarrauit.Ideoq̧ se esse anthiochum cognominauit.Hic autem fuit re uera qui ci rographum suum:per patientiam fortiter con scindit Qualem uero discretionis gratiam san ctus iste pro suppreina obedientie uirtute ad eptus sit refferre libet.Cum aliquando sederet in monasterio sancti sabbe accesserunt ad eū tres adolescentes discipuli illius fieri nolentes Quos continuo hospitio letissime suscepit oī busq̧ humanitatis officiis prosequutus est:uo lens illos ex itineris labore recreari. post diem ergo tertium dicit eis senex.Ignoscite mihi fra tres quia homo malignus sum nec possum ex uobis quempiam suscipere. Illi uero nichilo minus scādalizati nō sūt Sciebāt enī senis opa sed cū maxīus pcibus ut se suscipet optiere nō possēt pstrati iā ante pedes eius obsecrabāt ut uel uiuēdi normā illis traderet· quo ī loco & qūo hītare dbuissēt.Cessit senior·sciēs q̧ cū hu militate ad obtēperādum pati id peterēt. Ait

que uniuult dominus te o fili in solitariis locis cum patre in subiectione persistere. Secūdo autem dixit. Abi uende uoluntates tuas & domino da: & tollens crucem tuam persiste ī conuentu & cenobio fratrum & omnino thesaurum habebis in celo. Deide dicit. & tertio assume in animo tuo inseparabiliter: & tota ītentione uerbum illud. Qui perseuerauerit usꝗ in finem hic saluus erit. In intimis uisceribꝰ reconde abiensꝗ si fieri potest: eum exercitationis tue in domino ducem ac magistrū querere: quo in omniū mortalium natura nullus sit asperior aut grauior sub quo perseuerans iugiter obiurgationes: & irrisiones quottidie: ut mel & lac bibe. Ad quem frater ille inquit. Si huiusmodi negligens fuerit. Quid facio pater? Et si fornicari inquit illum uideris. Noli discedere sed ad te ipsum conuersus dic. Amice ad quid uenisti? Tunc aspiries timorem tue mentis dissipari excondescendentiamꝗ mitescere. Contendamus totis uiribus omnes qui dominum metuimus: ne ī uirtutis gymnasio nequitiam nobisipsis acquiramus: malitiamꝗ & acerbitatem & astutiā: per que cursus impeditur noster. Solet enim id contingere. nec mirum: quam diu enim homo aut priuatus aut nauta: aut agricola fuerit: nō usꝗ adeo ad

uersus illum inimici regis armatur. At cum il-
lū a rege sigillū accepisse uiderint scutumq; &
gladiū & arcum & frameam: uesteq; indutum
militari tunc maxime, aduersus eū infrendūt
dentibus ac modis omnibus necare contēdūt.
Quo circha nō dormiamus: uidi plerunq; in-
fantes pueros simplicitate ac decore mirabiles
sapientie & eruditionis atq; utilitatis acquiren
de gratia ad magistros proficisci nihilq; inde
eruditionis consequi: nisi tantum fastum:
& nequitiam ex reliquorū contubernio. Qui
sensum habet intelligat. Impossibile est: ut qui
artem aliquam totis animis addiscunt nō in illa
quottidie proficiant: uerum alii quidē ex his pro
fectū suū agnoscūt. Alii uero dei dispensatio-
ne ignorant: Optimus ille trapezita est qui
quotidie uespe lucrum ac detrimentum oio cō
putat. Q d' scire manifestius non pōt nisi ho
ris singulis i tabulis oia denotet. Nā cū calculi
singulis horis ponūt totius dei rō postmodū cla
rius agnoscitur. Quotiēs exprobratur & condē
natur stultus dolet atq; angit: uolēsq; arguenti
citius silentiū iponere: ueniā prostratus postulat:
non humilitatis gratia sed ut ille exprobrare
desinat. Cū obiurgaris tace ac suscipe anime
cauterium. Imo uero castitatis luminaria. Cū
cessauerit medicus adurere. Tūc demū ut tibi

ignoscat suppliciter obsecra. Nam in illo fer uore increpationis fortasse penitentiam non suscipit. Quicunq; in congregationibus degimus aduersus omnia quidem: sed contra hec duo precipue uitia: horis singulis pugnare debemus aduersus insaniam uentris: atq; iracundiam. Hec enim in turba fratrum propriis materiis abundant: solet diabolus eis qui in subiectionis humilitate uiuunt uirtutū quas sequi non possint desiderium immittere. Similiter & in solitudine uiuentibus: Aliena & ad se nichil pertinentia suggerere. Euolue diligenter: & explica subditorum reproborum mentē: inuenies illic uagam: & uariam intentionē solitudinis: desideriū ieiunii: enormitatē orationis: insuperabilis: affectum sumū glorie: contēptū memoriā mortis indelebilē: perpetue compūctionis ymaginē: iracondie oimodā sedationē: altissimi silentii: castitatisq; excellentissime studium. Quibus rebus cū ex dispensatione dei initio carent: nonnulli decepti frustra acceptis studiis desilierūt. Ista enim id circho ante tempus inimicus eos fecit inquirere ne perseuerātes cū tēpestiuum esset eis fruerentur. Contra his qui solitariam uitam delegerunt seductor astutus obedientium gloriā ingerit. Hospitū ac peregrinorum curam: ministrationem fra

ternitatis: studium contubernii familiaris: dulcedinem infirmantium: obsequia &c. que sui studii nō sunt: ut istos quoque sicut & priores uersutus ille instabiles faciat. Paucorum reuera est solitudinē ut dignum est prosequi: corū que solum modo: qui ad laborum tollerantiā: atq; ad auxilium bellorum: diuina consolatione recreantur. Pro qualitate autem nostrarum passionum: subiectiones quoq; discernamus ac prompte elligamus. Si te ad libidinem ac lasciuiam pronum animaduertis. Is te pater exerceat qui uentri indulgere non norit. Nō qui miraculis coruscet. Paratusq; sit semper ad suscipiendos peregrinos. Porro si ellata ceruice es feruidus atq; in clemens non mittis ac blandus moderetur. Non eos īquiramus qui futura prenoscunt ac preuident sed ante omnia penitus humiles nostrisq; egritudinibus ac moribus atque habitatione congruentibus imittare iustum illum abbacyrum: cuius antea mentionē fecimus & hic enim optimus ac preclarus ad prompte obtemperandum modus est: si semper ita tecum reputes. Tem ptat te pater. Neque unquā penitus falleris si cū iugiter a patre obiurganeris amplio rē in eū fidem & charitatē assumis: habitat in aīa tua spūs sanctus inuisibiliter: & obūbrabit

tibi uirtusaltissimi.Noli ergo gloriari ac leta
ri si contumelias & ignominias fortiter tolle-
ras:sed luge magis: q aliquid omnino dignũ
contumelia egisti patrisq animam contra te
commouisti.Rem dicturus sum mirabilẽ sed
uide omnino ne hesites.Cuius habeo senten
tie patronum Moysem:expedit in deum ma-
gis peccare q̃ in patrem nostrum. Nam si de-
um ad iracondiam prouocauerimus dux no
ster illum recõciliare nobis poterit.Si uero du
cem ipsum perturbauerimus nullum iam qui
nobis illum propitiũ faciat habebimus. Que
utraq mihi in unũ recurrere uidentur. Inspi-
ciamus diligenter & discẽ ĩnamus sobrieq ac
uigilanter attendamus quid quo tempore ser
uandum sit. Nonnunq̃ enim cum a pasto-
re incusamur gratifice tollerare ac tacite debe
mus.Nonnunq̃ uero facti nostri rationẽ red-
dere.Mihi quidem inhis omnibus silendum
uidetur:que nobis ullam ignominiã afferant
lucri enim tempus est:in his uero que in per-
sonam alterius redundant rationem redden-
dum:ob uinculum caritatis atq ĩsolubilis pa-
cis.Quicũq ad obedientiam disilierunt:hi ti-
bi postmodum utilitatem eius enarrabunt.
Tunc enim in quo celo stabant agnouerunt.
Is qui ad placidissimam ai quietẽ atq ad deũ

currit/de oi:qua maledicta non sustinet:i gens detrimentum se sustinuisse arbitrantur.Sicut enim arbores que a uentis agitantur altioribꝫ semper radicibus nituntur·ita & qui in obediē tia degūt ualidas atqꝫ incōcussas animas possident.Qui in solitudine residens agnouit imbecillitatem suam:migransqꝫ:seipsum obediētie uendidit.hic cecus cum esset sine labore respexit ad Christum. State state dicam iterum state fratres currentes:athlete audientes: quid de uobis ille sapieus clamet:sicut aurum i fornace dominus·imo uero in cenobio probauit eos & sicut holocausta hostie accepit illos in sinibus suis.

De accurata Penitentia Gradus quintus.

PENITENTIA ē reuocatio baptismatis penitentia est secunde uite conuentio ad deum penitens est humilitatis emptor. Pnia ē corpee consolatiōis perpetua & iugis repudiatio. Penitentia est seipsum semper condemnans cogitatio securaque cuiusque sui cura. Penitentia est spei filia : infidelitatisque est desperationis abnegatio.Penitens est reus confessione liber.Penitentia est recōciliatio domini per bo

na opera peccatis repugnantia. Penitētia est conſcientie emendatio. Pnia est uolūtaria earum rerum omnium que affligant tolleratio Penitens est cruciciruū ſibi ſemper opifex. Penitentia est ualida uentris afflictio: animeq̧ i ſenſu firmiſſimo iugis reprehenſio concurrite. & accedite uenite & narrabo uobis omnes qui deum irritaſtis. Congregamini: & uidete quanta ad edificationē oſtendit deus anime mee. Preferamus ordine atq̧ honore eorum narrationem qui per ignominiam ſerui atq̧ operarii uenerabiles ſunt. Audiamus obſeruemus faciamus quicunq̧ preter ſpem ruinā ullam paſſi ſumus. Surgite & ſedete qui per ruinam ſcelerum iacetis. Attēdite fratres mei uerba mea. Inclinate aurem ueſtram qui deū rurſus uobiſipſis ueram conuerſionē recōciliare cupitis. Cum audiſſem ego i becillis magnum quendam eſſe & peregrinum ſtatum: atque humilitatem eorum qui ſeparatum illud monaſterium quod carcer appellatur incolebant: quodq̧ illi lumīari luminarium de quo ante mentionem fecimus adiacebat. Obſecraui iuſtum illum ut me illuc uiſendi gratia perduci faceret. Ceſſit precibus meis ſummus uir nolens animam meam in ullo contriſtari omnino. Cum igitur perueniſſem ad

penitētiū monasteriū:] mo uero ad religionē lugentium uidi re uera si dicere id audeā que negligentis oculus non uidit aurisq; desidio si non audiuit & in cor pigri hominis nō ascē derunt res & uerba que deo uim in ferre pos sent habitus & studia que ipsius clementiam celerrime flecterent. Quosdam enim ex reis il lis uidi noctibus totis usq; mane subdiuo sta re peruigiles pedesq; immobiles tenere Tūm q; somno miserabiliter depressi agitarentur uim nature īferre nullamq; sibi ipsis requiem oío indulgere sed se ipsos increpare ignomi niisq; & cōtumeliis afficere atq; excitare Alios miserabiliter in celum intuentes & illic adiu toriū cū gemitu & suspiriis & uocibus inuocā tes. Alios in oratione existentes. ac reorum in morē uictis post terga manibus humi luridas facies suas inclinātes indignosq; qui se in celū aspicerēt uociferātes. nec quicq̄ ad deū dicere orādo precogitationū & cōscie hesitatōe presu mētes neq; qūo uel unde orationē facerēt pre sumētes solāq; aiam tacitā mutāq; mentē deo offerentes tenebris ac despatiōe plenā Nōnul los ī pauimēto strato cilitio & ciere sedētes ac faciē genibus operiētes frontēq; iterrā colidē tes. Alios iugiter pectora tundentes animāq; suam ac uitam suspirio ingenti reuocantes.

Ex his alii quidem pauimentum madefacie-
bant lachrimis. Alii uero quia lacrimarum i-
bres non haberent seipsos miserabiliter lamē
tabantur. Plurimi ut fieri in mortibus solet su
per animabns suis ululatum dire uocis emit
tebant angustiam cordis fratre non ualentes
Alii ex intimo corde rugiebant atque intra os
gemitus sonum cohibebant. Interdum uero
cum se continere non possent repente excla
mabant. uidi ego illic nonnullos habitu &
cogitatione & actu quasi a semetipsis excessis
sent. ac stuporem mentis incurrissent ueluti
eneos quosdam summo ex merore effectos.
& totos tenebis obsitos & ad omnia uite hu
ius ueluti insensibiles factos. Mentem quip-
pe iam in humilitatis abissum demerserant:
ac meroris igne oculorum lacrimas frixerāt.
Alios item mestos sedere atque in terram fi-
xis obtutibus stare perspexi: caputque assidue
mouere & leonum in morem ex ymo corde
rugitum ac gemitum emittere. Ex his alii ple
ni spe remissionem omnimodam inquiren-
tes orabant. Alii ex ineffabili humilitate indi
gnos se remissione iudicabant nec omnino
posse deo rationem reddere clamabant. Qui
dam hic excruciari: ut illic misericordiā cōse-
querentur a domino supplices poscebāt. Ple

riqꝫ ex conſcie onere attriti ac depreſſi ſatis ſi bi ex intimis eſſe dicebant: ſi uel ſuppliciis exi merentur: regnoqꝫ non potirentur. Vidi illic animas humiles contritas & pro graui pondere incuruatas ac deiectas qu e uocibus illis ſuis ad deum emiſſis lapides quoqꝫ ipſos ad cõpunctionis ſenſum emolire potuiſſent. Ita enim defixis in terram luminibus aiebãt. Nouimus ſane nouimus omnibus iam penis atqꝫ cruciatibus nos eſſe digniſſimos. Et merito quidem? Neqꝫ enim ydonei iam ſumus q pro debitorum noſtrorum multitudine ſatiſfacere poſſimus etiam ſi orbem uniuerſum: ut pro nobis lugeat cõuocauerimus. Illud ſolum oramus iſtud deprecamur id tota animi intentione ſupplicamus ne in furore tuo arguas nos: neqꝫ in ira tua corripias nos: neqꝫ iuſtiſſimi iudicii tui legibꝫ excrucies nos. ſed pattius atque miſericordius. Satis enim nobis eſt ingenti illa tua ac terribili cõnumeratione ſuppliciiſqꝫ illis ocultis ignotis atqꝫ iau ditis liberari. Neqꝫ enim ut penis omnino liberemur petere audemus. Qua. n. facie quo animo id audeamus qui profeſſionẽ noſtrã uiolauimus eãqꝫ poſt priorẽ clementiſſimãqꝫ remiſſionem ſordidauimus? Illic profecto o dulciſſimi amici illic uerba dauid rebus ipſis

cerneretis ĩpletã erũnis affectos hoĩes atq̃ usq̃ ĩ finẽ uite ĩcuruatos totisq̃ diebus mestos ĩcedẽtes: & exputrefactis corpis ptibus fetorẽ exalãtes q̃ q̃si sine ulla carnis cura dgerẽt obliuiscebãt comedere panẽ suũ. Potũq̃ aque cũ gemitu miscebãt. & cinerẽ cũ pane manducabãt. Adheserãt illoꝝ ossa carni ipsiq̃ ut fenũ exaruerãt: neq̃cq̃ apd illos audiuisses nisi hec uerba ue ue me miseꝝ me miserũ. Iuste. iuste parce. parce dauid. Nõnulli miserere dicebãt. Alii uero rursus miserabilius clamabãt. Ignosce. ignosce domie si possibile ẽ: uidisses ĩ illis estuãtes lĩguas istar canũ ex ore pcedentes. Ex his alii sub ardẽtissimo solis estu seipsos cruciabãt. Alii cõtra accerrimo frigore se affligebãt. qdã modicũ aq̃ degustãtes ne oĩo siti exarscerẽt ita qescebãt. Nõnulli cũ panis exiguũ qd accepissent reliquũ manu lõgius piciebãt idignos se q rõnali cibo uescerẽt asserẽtes qppe q irrationabiliter egissent. Quẽ apud illos locum risus habere poterat. Quem ociosus sermo? Quem iracondia? Quem furor? Nec esse quod in hoĩbus iracũdiã sciebãt. Adeo luctus furorem omnẽ penitus extinxerat. Vbi apud illos contradictio? ubi festiuitas? ubi confidentia? ubi corporis obsequiũ & cura? ubi uel uestigiũ inanis glorie? ubi deliciaꝝ expectatio?

ubi tenuis uini cogitatio?ubi pomoꝵ degu-
ſtatio?ubi feruẽtis olle ſolaciũ?ubi gule ulla
illecebra? Hoꝵ eni oíum apd illos ſpes nulla
erat Nõ terrene cuiuſq̃ rei citra augebant.Nõ
iudicare ullũ oio hoĩnũ didicerãt. Nihil hoꝵ
pẽituſ ĩ illis iueniſſes.Ceteꝵ iugiter ad domi
num clamabãt ſolaq; orationis rex audiebat
Alii.n.pectus ualide manibus cedẽtes: quaſi
iã ad ipſam aſtarẽt celi ianuã ad dominũ di-
cebãt.Api nobis iudex ianuam.Api nobis ex
quo illã nobiſipi p pc m̃ clauſimus:Clamabat
alius.Oſtẽde faciẽ tuã tm̃ & ſalui erimꝰ.Alius
ecõtra.Appare his q i tenebris & umbra mor-
tis ſedẽt hũilibus tuis.Alius rurſus cito antici
peut nos miſericordie tue qa paupes pimus:
qa deſpauimus:qa nimiũ defecimus.Nõnul
li aũt aiebãt putas ne apparebit dominus ul-
tra ſup nos.Alii uero nõ ptrãſiit aĩa noſtra de
bitũ itollerabilẽ?Alii putas nẽ adiciet domi-
nus ultra cõſolari ĩ nobis?Putas illũ audiemꝰ
dicẽtẽ nobis q ſumus ĩ uiculis ĩſolubilibꝰ exĩ
te & q i iferno pnie ſedemus relaxamini.Pu
tas ne clamor noſter ad aures domini igreſ-
ſus ẽ.Cõcti uero ſedebant ſemp ante oculos
ſuos mortem attendentes ac dicentes.Quid
putatis continget?Quenam erit illa ſenten-
tia?quis finis noſter?Putas erit reuocatio?Nũ
ſupereſt ulla ſpes uenie meſtis hũilibus reis?

Num ualuit oratio nostra ingredi ante conspectū domini? aut merito repudiata est. abiecta atq; confusa? Aut si forte intrauit quātum peregit? quantum placauit deum? quantum profecit? quantum operata est? Emissa quippe ex immundis corporibus & labiis parum uirium habere potuit. Putas omnino reconciliauit iudicem? An ex parte? An uulnerum uel medietas deleta est? Quippe maxima cū sint plurimis & laboribus & sudoribus & doloribus indigent. Putas appropinquauerunt nobis angeli custodes nostri? An adhuc longius a nobis stant? Nisi enim illi appropient nobis inutilis & infructuosus est omnis labor noster? Neque enim habet uim confidentie oratio nostra: neq; mundicie pennas. ut ingredi ad deum possit nisi hanc e proximo assumant angeli qui nobis presunt: eamque offerant domino. Nonnunquam uero hesitantes huiusmodi ad inuicem dicebant: num fratres aliquid proficimus? Num petitione nostra potiemur? Num iterum suscipit? Nū aperit? Alii uero ad ista respondebant. Quis nouit ut dixerūt niniuite. Fratres nostri: si forte peniteat deus atque ab ingenti illa penitentia nos liberet? tamen quod nostri muneris est nō negligamus. Et si qnidem ille aperuerit bene est. Si

uero alias benedictus dominus iuste exclusit nos: Verumtamen perseueremus pulsantes: usqȝ ad finem uite nostre. Forsitan improbitati nostre ac perseuerãtie cedens aperiet: benignus quippe & misericors est. His atqȝ huiusmodi seipsos exhortantes atqȝ excitantes aiebant: Currimus fratres curramus: cursu enĩ opus est & uehementi cursu: quoniã cetu nostro decoro atqȝ optĩo excidimus. Curramus neqȝ huic carni nostre sordide atqȝ nequam parcamus fratres sed occidamus illã sicut prius occidit nos. Sic beati illi rei faciebant. Genua ĩ illis ex perpetuo orationis usu obcalluerant. Oculi defecti atqȝ defatigati intus profunde recesserant pilis omnibus ciliorũ amissis. Gene ardentium feruore lacrimarũ aduste uidebantur. facies marcescentes ac palide squalebant: nihilqȝ a mortuis in comparatione differebant. Pectora tonsionum ictibus dolebant: saliueqȝ sanguinis expectoris illisionibus emittebant? ubi lecti usus? ubi indumenti mũdicia & firmitas? Omnia ibi discisa erãt: & sordida ac pediculis operta. Quid autem ẽ eorum qua demonibus arripiuntur si illis conferatur afflictio. Quid mortuos plangentium amaritudo) Quid meror in exilio degentiũ? Quid paricidii reorum pena? Nihil sane est

illorum penā suppliciumq3 quo inuiti afficiū tur. Si uoluntarie istorū pene conferātur. Sed queso fratres ne ea que dicta sunt fabulas exi stimemus. Rogabant nonnunquam isti ma gnum illum iudicem pastorem dico inter ho mines: angelum: ut ferrum ac torques collo ac manibus iponeret pedesq3 patiētium con stringeret ligno. nec eos prius inde solueret q̄ sepulcrum succederet. Imo uero nec sepulcrū quidem. Neq3 enim profecto hanc quoq3 bea torum illorum re uera miserabilem ad deū cari tatem atq3 penitentiam abscondam quotiēs ad dominum profecturi & in corrupto tribu nali iudicis sistendi erant. Felices illi regionis penitētium ciues hoc p eum q sibi preerat ad iurantes, ab magno illo summis p̄cibus pete bant ne sepultura humana dignarentur sed brutorum. Instar aut fluuialibus undis trade rentur aut in campum piecti bestiis deuoran di permitterētur. Quod etiam nonnuū q̄ fecit illorum p̄cibus obtempans discretionis lucerna iubens illos omni psalmodia omniq3 hono re priuatos proici. cū uero extrema illorum hora aduenisset tribile omnino miserādūq3 specta culū cerneres. Nam cum eum qui se precede bat eflare. iā aiam sēsissent socii ad huc sensu integro uigente circum stabāt illū siti extuan tes & lugētes ac desiderio pleni miserabili oio

hitu mestioreq; sermoně capita sua cōmouē-
tes efflātē iā aiam iterrogabāt misericordiaq;
flagrātes aiebāt ad illū qd ē frater?Quonāmō
tecū agit? Quid dicis? qd spas?qd suspicaris?
pfecisti ne?ex labore tuo:qd q̄rebas?aut nō ua
luisti?puenisti ad portū:aut nūdū potitus es:
spe tua?Accepisti certā aliq̄ fiduciā:an adhuc
icerta spe fluctuas?consecutus es libertatē an
agitatur.Abigitq; cogitatio?Sensisti aliq̄ i cor
de tuo lucē:an tenebris adhuc & ignominie:
cōfusiōe plenū ē?ulla ne tibi uox itrinsecus fa
cta ē dicēs.Ecce sanus effectus es?aut dimittū
tur tibi pcā tua?aut fides tua te saluū fecit.Illā
ne tibi adhuc uocē audire uideris?q̄ dicit ꝯuer
tātur pcōres i ifernū?& ligatis māibꝫ & pedibꝫ
mittite illū in tenebras? & tollatur ipius ne ui
deat gloriā dei?Quid ais frater.Dic nobis ora
mus ut& nos scire possimꝫ:qd nā illic nos ma
neat?Tuū qppe tp̄s iā clausū ē:alidq; de cetero i
ētnū nō iuenies.Adh̄ qdē alii dormiētiū:bene
dictus aiebāt dominꝫ q nō dedit nos i captio
nē dētibꝫ eoꝵ.Alii uero illđ gemētes dicebāt for
sitā ptrāsibit aīa nostra aq̄ itollerabilē.Q̄ đ nū
dū cōfidētes aiebāt:sed cōsiderātes q̄ sit pauē-
dū illđ terribile incertūq; iudiciū. Alii uero ēt
mestius.Quiddā respōdebāt ac dicebāt ue aīe
illi q̄ non seruauit pfessionē suam itegram &

maculatam.hac enim hora tãtum sciet: quid illi preparatum sit. Que ergo omnia cũ apud illos audissem & uidissem parum abfuit quin desperatione absorberer cum meam in tuere milicie & negligẽtiã eamq; sanctorum illorum afflictõni comparem que nam uero qualis ue erat eius loci facies & habitatio tota tenebrosa erat in formis fetida sordida squalida. Carcer enim & condempnatio rectissime appellabat ipsa deniq; uel sola loci cõtemplatio perfecte penitentie ac luctus magistra erat. Sed eaq; alis difficilia atq; ĩpossibilia uidentur: eisq uirtute spiritualibus diuitiis se excedisse meminerunt. grata sunt & amabilia fitq; eorum per facilis assumptio. Anima enim que priori confidentia priuata: spe cõsequende beate tranqlitatis excidit sigillumq; castitatis aperuit: diuiciis q; gratiarum spoliata & diuina consolatione destituta ẽ: pactumq; & placitum domini uiolauit: extinxitq; iam in se: decorum lacrimarũ ignem: quotiens horum memoriam tangitur que per suam negligẽtiam se amisisse retinet acerrimo dolore compuncta & uulnerata nõ solũ quos prediximus labores: cum omni studio & alacritate suscipit: uerũ ẽt se ipsam mactare per exercitationis magnitudinẽ cõtẽdit: si tamen ĩ illa caritatis ac timoris domini fauil-

la|ulla derelicta est.Huiusmôi profecto erant: beatiilli.Hoc.n.secū in aio uolucntes:uirtutis ꝙ qua exciderant altitudinē cōsiderātes memorati sumus(aiebant)dieꝝ antiquoꝝ igniti ꝙillius studii nostri.Alii ad dominum clamabant:ubi sunt misericordie tue antique?quas ostendisti anime nostre i ueritate tua.Memor esto obprobrii:& laboris seruorum tuoꝝ. Alius uero:quis me ponat aiebāt secūdū mēsem dieꝝ meoꝝ priorum in quibus me custodiebat deus quādo lucebat lucerna lucis:eius super caput cordis mei.Sicqꝫ priores oēs uirtutes suas memorabant. Atque illa infantium more plorabant dicentes ubi est orationis puritas:ubi huius certissima fiducia? ubidulcis lacrime:in amaritudine ecce:ubi se finit?ubi interime mundicie & castitatis spes?ubi beatissime ac placidissime quietis expectatio?ubi sincera ad pastorem fides?ubi orationis illius in nobis efficatia & uirtus.Perierūt ista omnia & quasi nunq̄ uisa sint:defecerunt:utqꝫ nunquā fuerint ita deleta sunt & perdita. Ista cū gemitu & lamentatione prosequentes ita demum alii ut a demonio arriperētur orabant. Alii ut morbum inciderent precibus a domino poscebant.Plurimi oculos amittere miserandūqꝫ oibus spectaculū fieri optabāt.Nōnulli me-

dici fieri:& langorē corporis contrahi solutā ne futura supplicia experiri cogerentur cupiebant. Ego autem. O amici nescio quo pacto diutius inter lugētes uersatus sum totoq; aio in illorum admiratione suspensus me ipsum ɔtinere nō potui. Sed ut ad id unde aberrauerat redeat oratio. Cum triginta dies in custodia illa perseuerassem impatiens iā magnum illud cenobiū ad magnum patrem reuersus sum qui ut me aspexit īmutata facie totūque ueluti attonitum agnouit sapientissimus immutationis causam:& ait ad me quid ē pater Johannes? uidisti ne laborātiumq; certamina? ad quem ego uidi inquam pater. uidi et admiratus sum. feliciores que existimaui qui post lapsum ita lugent quam qui nunquam lapsi sunt & seipsos non sic deflent. Illis enim ruina sua causa fuit beatissime ac tutissime resurrectionis. Tum ille. sic inquit est. ac protinus adiecit ueracissima illius ligūa. Erat hic ante decem annos frater quidam nimium solicitus atque studiosus talisq; operarius ut cum ego illum cernerem ita spiritu feruentem tremere ceperim:illiq; a diaboli inuidia nimiū metuere ne forte dum uehementius currit offenderet ad lapidem pedem suum: quod

fere eis euenire solet. qui celerius uadunt. Quod et factum est. cum uero profundo uesspere regrederetur ad me. nudat uulnus: querit emplastrum. petit cauteriū. perturbatur uehementius. Cum uero medicum aspiceret se uti durius nolentem (erat enim miseratione dignus) proicit se in pauimentum. Apprehendit pedes multisq; illos lacrimis ubertum rigans petiit se ad eam (quam uidisti custodia). damnari: impossibile esse clamās illuc non profici sci. Quid multa? Egit ui sua ut clementia medici. in duriciā uerteretur: quod in lāguentibus per rarum est atq; omnino mirabile aduolat otius penitentes: additurq; illis socius ad luctum promptus atq; meroris particeps. Igitur doloris gladio percussus in corde quem diuina caritas acuerat. Octauo postq̄ eo peruenerat die migrat ad dominum id petens ne sepultura frueretur. Quem ego ut sane dignissimum & huc retuli & in patrum sepulcro sepeliui. Id circo & post seruitutis septimam octauo die liber euasit nec defuit qui idotissime agnosceret non illū ante a sordidis & uilibus pedibus meis resurexisse q̄ sibi deus ppitius ignosceret nec mirꝫ sane sūpta. n. i corde illius

meretricis fide eàdem & ipse spe & confiden-
tia lacrimis pedes meos inutiles rigauit. Om
nia uero possibilia esse credēti dominus pre
dixit: uidi in puras animas corporum amori
bus ad insaniam usq; seruientes que ex amo
ris experimento sumpta occasione penitē
tie eundem amorē transtulerunt ad dominū
omniq; protinus timore reiecto in dei carita
tem inexplibiliter amplectendam incitate sūt
quo circha pudice illi meretrici nō dixit quia
timuit: sed quia dilexit multum potuitq; faci
le amore amorem repellere. Nō autem igno
ro admirabiles uiri fore ut ista quibusdam ui
deantur incredibilia. Aliis uero ad credendū
difficilia. Nonnullis etiam desperationē par-
centia que modo enarraui beatissimorum il-
lorum certamina. Porro uir fortis ex his stimu
lum magis igneum: q̄ iaculum sumpsit zeliq;
conceptum feruorē in corde ferens abiit. At
q̄ illo alacritate minor est: cognita ībecillitate
sua atq; ex hac cognitione, & reprehensione
sui facile humilitatem possidens: post primū
cucurrit: nescio an apprehenderit. uir autem
negligens ista que dicta sunt ne audiat quidē
ne & forte id modicū qd interi operatur om-
nino desperās dissipet. Cōpleaturq; in illo q̄
dominus dicit ab eo aūt qui non habet alacri

tatē & ipsum quod habet auferetur ab eo. fieri non potest: ut quod qui ī lacum cecidimus iniquitatum inde unquam emergamus: nisi nos in abissum humilitatis penitentium deiiciamus. Alia adhuc peccantium conscientie reprehensio & alia que perfectis per dei opatione prouenit diues ac letifica humilitas. Alia est tristis merentium humilitas. Ne queso hāc tertiam uerbis inuenire studeamus alioquin inaniter erremus. Que uero signum est ignominie perfecta tolleratio: lugenti quoque nōnunquam precedens: consuetudo uiolenter dominatur. Nec mirum. iudiciorū atque ruinarum ratio obscura est atque tenebrosa nullaque hanc anima facile animaduertit: difficillime enim comprehendi ac discerni potest. que nam nobis per nostram negligētiam: que nō per diuinam derelictionem: qua nonnunquā deus humanam animam prouidētissima dispensatione deserit: que nam per auersionē dei nobis ruine contingant. uerum id mihi quidam asseuerauit eas que per diuinam prouidentiam contingunt celeri conuersione solere aboleri: neque enim permittit nos deus illis diutius teneri: quibus nostri profectus gratia ad tempus traditi sumus. Quicūque lapsi sumus ante omnia spiritui meroris resistamus

ipe enim orationis tempore assisteus prioris[que]
confidentie nos admonens orationem no-
strã ipedire nititur. Noli turbari si quottidie
laberis neq[ue] resilias. sed sta uiriliter prosus. n.
reuerebitur tollerantiam tuam custos tuus an
gelus. Dum adhuc recens atq[ue] in sanguine ẽ
uulnus facile curari solet. Nam quam dura
&neglecta atq[ue] obducta uetustate sunt diffici
lime sanantur ingentiq[ue] labore & ferro: & cau
terio & igni uisibili ut curari possint indigent
Plurima sunt que tempore fiunt insanabilia
deo tamen oĩa sunt possibilia. Anteq̃ corrua
mus clementem esse deũ demones suggerunt
post ruinam uero dur[um] & immittem dicũt. No
li ei credere qui post grauiorem lapsum ĩ mi-
nimis defectibus ingemiscenti: dicit utinã id
non fecisses. Nã istud quidem nihil est. Sepe
enim parua munera ingentem iudicis irã mi
tigarunt. Qui re uera reatus sui penam dat is
omnem diem non luget se amisisse arbitra-
tur: etiam si qua fortassi s bona alia in illo fe-
cerit. Nullus eorum qui se penitentie lamen-
tis atteriuit in exitu securus fieri expectet. Nõ
quod incertum est: id satis firmum non est. Di
mitte mihi per certam securitatem: ut refrige
rer antequam hinc incertus abeam: ubi spiri-
tus domini ibi nexu soluti sunt. Itidemq[ue] ibi

humilitas profunda & inuiolabilis. Nam qui sine his duobus hinc proficiscuntur: non se fallant: uincti sunt: qui seculo seruiunt soli huiusmodi certis securitatibus & maxime priore alieni sunt. Nonnulli tamen per ecclesiam & pietatis opera currentes lucrum suum in exitu cognoscunt. Qui seipsum penitentie lamentis afficit alterius lamentum aut casum: aut q̄rimoniam non facile agnoscit. Canis si a fera ulla mordeatur aduersus ipsam uehementius accensus animatur ex dolore uulneris incomparabili ferotia insaniens. Caueamus ne forte. non ex munditia: sed ex falsa confidentia seipam conscientia desistat reprehendere id erit solutionis delictorum certissimum indicium: si semper quisq; debitorem se existimet. Nihil dei miserationibus equale aut maius ē atq; ideo qui desperat. Sibiipi mortem consciuit. Dignum item diligentis atq; accurate penitentie est: si omnibus contingentibus: inuisibilibusq; tribulationibus atq; etiam pluribꝫ dignos nos nō esse: cōstanter teneamus. Moyses cum deum uidisset in rubo rursus in egyptum idest ad seculi tenebras ad faciendos lateres itellectualis fortasse pharaōis rediit. uerũ ide rursus ad rubũ imo uero ad mōtē dei pti nus regredit. Qui itelligit qd sibi h̄ uellit spe-

culatio nunquã omnino desperabit:Magnus ille Job ex diuite pauper effectus ē: sed rursus illi opes duplicate sunt: in hiis qui negligētes sunt grauius omnino post uocationem ruina est que spem consequende placidissime tranquilitatis obtundit:beatumque & maxime optabile existimare persuadet:posse omnino:uel ex hac fouea:resurgere.Attende queso diligentius attende.Neque enim penitus per quã uiam ab errauimus per eãdem reuertamur.Sed per aliam longe breuiorem. Vidi duos eodē modo eodemq; tempore currentes:ex quibus unus erat senior.laboribus excellens: alter discipulus:atq; is:sene celerius cucurrit:piorq; ĩgressus est in humilitatis monumentum:Caueamus omnes: sed in primis qui cecidimus ne impii origenis morbo cor nostrum egrotare incipiat.Js enim scelestus doctrine morbus Cum nimiam dei clementiam preferat: uoluptatum amatoribus maxime acceptus esse cōsueuit.Jn meditatoine mea imo uero in penitentia mea exardescet orationis ignis omnem adurens materiam:finis tibi & forma & exemplar:& imago ad penitentiam sint sancti illi rei:quos paulo ante memorauimus:atq; ita ĩ omni uita tua:libris omnino opus non habebis:donec tibi illucescat Christus dei filius: &

deus in resurrectione studiose & accurate penitentie. Amen.

De memoria mortis gradus sextus.

Mne uerbū p̄cedit cogitatio: mortis autem & scelerum memoria fletum precedit & luctum. Quo circa & in hoc opusculo in suo ordine ponuntur. memoria mortis est cottidiana mors memoria uero exitus iugis p horas singulas gemitus: formido mortis nature est proprietas quam intulit in obedientie peccatum Timor autem mortis peccatorum quē nulla penitentia deleuerit certum argumentum est Formidat christus non tremit, mortem ut duarum naturarum proprietates apertissime ostēdat. Sicut cibis omnibus panis utilior ē & magis necessarius ita prestat omnibus operibus mortis cogitatio. Memoria mortis his qui fratrum in medio uersantur labores: & exercitationes parit imo uero ignominie dulcem appetitum. eis uero qui ī solitudine ab omni tumultu remoti degunt deponere curas: omnes persuadet & orationi perpetue insistere mentemq; diligētissime seruare: que sane uirtutes omnes huius & matres sunt & filie. Sicut stā-

numsi argento propius admoneatur quolibet aspectu simillimū sit manifestissime agnoscitur. Ita & his qui discernere nouerunt aperta & manifesta est naturalis: & ea que preter naturam est: exitus formido. Id autem uerissimum eorum qui toto corde mortis meminerunt argumētum est. Si sponte totius creature: affectionem abnegent. uoluntatem propriam omnino derelinquant. Probatus ille quidem est qui mortem diebus singulis expectat Sed ille sane sanctus qui hanc horis singulis desiderat. Non omne mortis desiderium probabile aut bonum est. Sunt enim qui iugiter consuetudinis uiolentia adacti peccant mortemq; cum humilitate optant. Sunt item: qui penitere nolūt: & eam ex desperatione aduocant: Et sunt qui per operationem sancti spiritus suum e corpore excessum querunt. hesitāt nonnulli religiosi cuius rei gratia cum tātum nobis beneficii & emolumenti conferat: mortis memoria: ipsius precogitationem a nobis absconderit deus. Non aduertentes q̄ mirabiliter salutem nostram deus moliatur. Nemo enim si presciisset mortem suam ad baptisma siue ad monasticam uitam protinus accederet: sed omnes dies suos in iniquitatibus conterens: ad ipsum iam exitum suum ad baptis-

mum & ad penitentiam se conferre festinaret. Sed cum per longam temporis moram uitiis iam esset assuetus. Migrasset utique sine ullo emendationis fructu. Caue qui luges ne unquam canem illum suscipias: qui misericordem deum pollicetur. Agit enim hoc ut abs te. Interim luctum: ac securissimum expellat metum. Tunc uero solum clementiam eius tibi policere cum te desperatione absorberi uideris. Qui mortis diuiniq; memoriam iudicii semper in se ipso continere cupit curisq; secularibus distrahendum se exponit: is ei similis est qui dum natat: plaudere manibus ambabus uult. memoria mortis ualida & efficax cibor um abscidit apetitum: quibus per humilitatem excisis passiones simul exciduntur. cordis indolentia excecauit animum. Ciborum autem multitudo exiccauit fontes. Sitis & uigilie attriuerunt cor attrito autem corde exilierũt aque. dura gule deditis que diximus uidentur & negligentibus icredibilia. Porro uir exercitatus temptabit alacriter: & cũ periculũ fecerit subridebit. in his uero que adhuc inquirit: mestior abibit. sicuti pfectã caritatẽ sine lapsu eẽ patrũ auctoritas diffinit: ita & ego pfectũ mortis sensũ sine timore eẽ denũciatio plurie qdẽ sũt actiue mẽtis opatões. Puta itẽtio carita

tis ad deum.Memoria dei memoria regni me
moria ipsius presentis dei:seculum illius uer-
ba qui dixit.prouidebam dominum in cõspe
ctu meo semper.Memoria sanctarum intelle
ctualiumq; uirtutum memoria exitus occur-
susq; siue cruciatus. A magnis quidem cepi-
mus in his uero que preter lapsum sunt desi-
nimus:Monachus q̃dem egiptius mihi aliq̃-
do narrauit:ꝙ cum in itimo corde mortis me
moriam penitus fixisset uelletq; aliquãdo ne-
cessitate urgente carnis huius luto:solacii q̃d
dam indulgere ab huiusmodi memoria uelu
ti a quodam iudice prohibitus sit.Quodq; mi
rabilius est cum uehementer uellet hanc me-
moriam expellere a se non potuerit.Alius qui
dam hic iuxta commanens loco qui tollas di-
citur: ex huiusmodi sepe cogitatione repente
obstupescebat: ac animo deficiens ueluti in
sensibilis fiebat repertusq; a fratribus nõnun
quam ab eis ut qui fere efflasset animam ba-
iulabat?non obmittam etiam solitarii illiusq̃
in choreb habitabat referre hystoriam.Hic cũ
diucius negligentissime uixisset nullamq; ani
me sue curam penitus haberet morbo tãdem
comprehensus ad extrema deductus est.Cũq;
iam corpore perfecte migrasset:post unã ho-
ram in seipm̃ rediit.Orauitq; nos omnes: ut

Inde protinus abscederemus & celule aditu lapidibus obstructo permansit intus annis. xiii nulli omnino quicquam loquens nec aliud quidquam preter panem & aquam degustans Sedens autem ea tantum que in excessu uiderat attonitus uoluebat: atq; in his adeo fixo semper erat cogitatu ut nũquam iam uultum immutaret sed semp sic attonitus per durans uim lacrimarum feruentium tacitus profunderet. Cum uero iam morti esset proximus rupto ac patefacto aditu ingressi sumus. Cumq; ab illo doctrine uerbum supplices inquireremus hoc ab illo tantũmodo audiuimus. Ignoscite mihi Nemo qui re uera mortis memoriam agnouerit pecare nunquam poterit. nos uero nimium mirati sumus intuentes eum qui pridie ita negligens fuisset repente mutatũ ac beatissima transformatione alterum effectum. Illo igitur in ꝓximo cimiterio. sepulto cum post dies aliquot sacras illius reliquias requireremus non inuenimus: domino in hoc quoq; nos certiores faciente solicite illius & accurate laudabilisq; penitentie atq; omnibus fidutiam p̃stante qui etiam post summam uite negligentiam se ipsos emendare uolunt. Sicuti abyssum quidam infinitam esse diffiniunt locum enim sine fundo eam uocant ita & mortis intenta co

gitatio ineffabilem: & īcorruptam castitatem atq; operationem parit: quod firmatur facto huius quem modo memorauimus iusti. huiusmodi sane timorem timori iugiter addiciunt: nec unquam desinunt quo ad ipsa quoq; ossium uirtus consumatur & hoc autem cum bonis eius reliquiis domum dei esse nobis ipsis persuadeamus. Qui ad ipsa quoque monumenta nonnunquam proficiscentes duri quodammodo ac sine lacrimis persistimus. Cum uero ab huiusmodi spectaculo remoti sumus sepius compungimur. Qui ad omnia mortuus ē: is mortis memoriam tenuit: qui uero adhuc ad aliquid afficitur: hi uacare sibi ipsi non poterit siue se insidiis appetens. Ne uelis uerbis omnes certiores facere tue ad illos dilectionis: sed a deo postula: ut hanc illis secretius reuellet. alias non sufficiet tempus: ut illud affectibus & compunctioni īpartiri possis. Noli falli stulte operarie: ut tempore tempus reparari presentes. Neq; enim sufficit dies queq; uel sui ipsius debitum domino persoluere. Nō est (ait) quidam non est presentem diem pie pertransire nisi hāc esse ultimā totius uite nostre existimemus. Et quod sit mirabilius necesse ē gentilles quidam tale aliquid locuti sunt. Nā

& sumam philosophiam in ottis meditationē esse diffiniunt.

De luctu gradus septimus.

Luctus secundum deum est meror anime afflicti cordis affectus semper id quod sitit ardētissime inquirens quo non potiatur summo id cum labore persequit̄ atq; post ipsum anxie merens ululat. Vel ita luctus est stimulus animi omni affixione & affectione nudatus atq; ad seruandum cor a sancta tristicia immobiliter fixus compunctio est iugis conscientie excruciatio que per intellectualem confessionē igniti cordis refrigerium molitur. Confessio est obliuio nature siquidem ex hoc oblitus est quidā comedere panē suū. Penitentia est uoluntaria et leta totius corporee delectationis uel consolationis repudiatio propriū illorū est qui in btō luctu ꝑficiūt cōtinētia labiorum q; silētiū eoꝝ uero q iā ꝑfecerūt nō irasci iniuriasq; oīno obliuisci. Eorū uero qui perfecti & cōsumati sūt ꝑfunda aī hūilitas ignorātie sitis uexationūq; iniūis aduenietiū spōtanea esuries ꝑcātiū nō ɔdēnatio sed ultra uires miseratō suscipiēdi sꝫ pmi sꝫ laudabiles sedi sed illi btī q esuriūt afflictionē & ignominiā siciunt qm

cibo insaturabili saturabuntur. Qui luctũ ac-
quisitionibus illum uiribus tene. Solet enim
nisi firme solidetur auolare a tumultibus cu-
risq; corporeis ac deliciis fugatus maxime ue
ro facile a multiloquio & scurilitate dissolui-
tur:non secus quam ab igne cera maior ac po
tentior baptismate post baptisma(& si audax
dictu id uideatur)fons lacrimarum ē.Illud enī
precidentia delicta nostra purgauit.Illud ue-
ro posteriora:atq; illud quidem omnes ab.In-
fantia acceptum Inquinamus propter hoc au-
tem & illud repurgamus. quod nisi diuino
munere datum esset omnibus rarissimi omni
no qui saluarentur.Inueniri potuissent mesti-
tia & gemitus ad dominum clamant timoris
autem lacrime legatione funguntur.Porro ille
quas sancta caritas effūdit susceptas atq; exau-
ditas esse preces nostras indicant nobis sicut
humilitati nihil eque congruit ut luctus:ita ei
nil reluctatur ut risus.cōtinēs pro uiribus beā
te compunctionis beatam letificamq; tristitiam
retine neq; i ea operari nulla tenus cesses quo
ad sublimen te atq; ab humanis contagiis purę
xp̄o domino sistat.Perscrutari ne desinas atq;
inte ipso imprimere abyssum sempiterni ignis

crudeles ministros seuerum crudelemq; iudicem nemini tunc ignoscentem inferni ignis chaos. Infinitum subterraneorum terribilium q; locorū ac uoraginum terrific os descensus atq; eorū omnium ymagines ut si qua ē ī anima nostra luxurie lasciuia ingenti tremore per cussa transeat in incorruptam ac perpetuam castitatem & per gratiam luctus igne omni clarius lucescat. Sta in orationis p̄ce tremens nec aliter quam reus iudici assistens ut & interiori & exteriori habitu furorem iusti iudicis concilies. Neq; enim animam patitur despicere uiduam sibi anxie astantem molestiasq; inuiolabiliter perientem. Siquis anime lacrimas possedit: huic locus omnis aptissimus est ad luctum quod si solis adhuc exterioribus operatur loca moresq; eligere ac discernere non desinat. Sicut thesaurus ocultus eo qui in foro propositus est: & Inuiolabilior est & minus fures solicitat ita & ea. que prediximus intelligamus Noli eis esse similis qui mortuos sepeliunt qui nunc quidem super eis lugent nunc ipsorum gratia Inebriantur. sed esto ut uinti ad metalla damnati qui horis singulis a carnificibus ceduntur. Is: qui modo lugere modo delitiis &

ri!u solui deprehenditur ei similis est qui carnem uoluptatis cum pane lapidat. qui hunc quidem persequi actu uester re autem sibi assidere hortatur. Esto sub tristis. ostentatõnis inimicus: ac iugiter ad cordis tui custodiam attonitus. Metuunt quippe seueram tristitiam demones haud secus q̃ canem fures. Nõ est fratres eadem nostra: que ad nuptias uocatio: Prorsus enim ut nos ipsos lugeamus uocati hoc adeo sumus. Quidam dum lacrimas. profundunt in illo ipso beato tempore: ut nil omnino cogitent sibiipsis uim facciunt. Improbe id quidem: non enim intelligunt lachrimas: absque cogitatione: & intentione animi profusas: brute non rationabilis nature esse proprias. Ex cogitatione lachrime prodeunt. Pater enim cogitationis rationalis animus est: Cum in lectulo decubas sit tibi ipse iacẽtis habitus figura i sepulchro clausi: minusque dormies. Ipsa quoque mense delibatio lamentande sortis: uermium illorum te admoneat: minusque delicias requires. Sed & in ipso aque potu flamme illius sitim ne obliuiscaris: atque ita uim nature omnino facies. Quociens ue-

to preceptor noster honorificans nos contumelia:& terrore & ignominia affecerit subeat mentem nostram terribilis illa iudicis sententia sicque insitam nobis irrationabilem tristitiam:& amaritudinem mansuetudine: & tolerantia ueluti gladio ancipiti oratio iugulabimus. Tempore (ut ait Iob) arescit mare. Sit: & tempore:& tollerantia:que dicta sunt: fiunt i nobis:& proficiũtur:memoria eterni ignis tecum singulis noctibus dormiat: tecũque euigilet:nec unquam tempore psalmodie dominabitur tibi negligentia:Ipsum quoque indumentum tuum te ad exercitium luctus hortetur. Omnes enim qui mortuos lugent nigris uestibus operiuntur. Si igitur non luges propter hoc luge. Sin uero luges propter hoc maxime te lamentis affice ꝙ ex honorabili & trãquillo ordine te ipsum per tua scelera in humiliorem:& laboriosum deiecisti. Sicut in ceteris omnibus ita:& in lachrimis iudex quęꝙ noster optimus atqꝫ eqũissimus nature uires oĩo diiudicat. Vidi modicas guttas istar sãguinis cum labore effundi:uidi & fontes:absque la-

bore perfruere.Ego deniq; merentium dolorem ac gemitum pluris existimaui q̃ lacrimas puto q; & deus item. Non conuenit lugentibus theologie sermo nam ex eo maxime solui illorum fletus consueuit.Is enim qui de theologia differit in solio doctoris pompam preferenti:qui autem luget in silentio uel cilicio & sterquilinio sedenti comparatur: atq; hoc est (ut reor)q; dedit maximus interrogantibus respondit. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena idest uitiositatis? Sicut creatura motum aliquando ex se gignit.Non nunquam uero aliunde suscipit ita & de compunctione quoq; sentiendum est. Quotiens diuina uel etiam curantibus uel studiose operantibus nobis in lacrimas ui secrete compunctiouis excitata in solo fletu requieuerit erramus solicite: dominus enim non uocatus aiduenit spongiamq; diuini meroris & refrigerii piarum lacrimarum aquas uobis clemens porrigit quibus deleantur scelera cirographi nostri·Serua eã ut pupillã oculi: tui donec spõte abeat.longe enim maior est huiusmodi cõpunctionis uis q̃ eius quã studio nostro & laboreacquisiuimus. Nõ quasi quando uult lugetis gratiam luctus adeptus est: sed hic magis qui in qiubus uult luget:ne is quidem:sed

qui sicut deus uult luget. Nōnunquam enim luctui qui secundum deū est: inanis glorie misceentur ingrate lacrime. Quod tunc fieri pie: & prudentet aīaduertimus: cum lugere nosmetipsos: & tamen malignari uiderimus. Cōpunctio proprie est: animi dolor: omni elatione carens: nec ullam sibi omnino consolationem indulgens: solamq; resolutionem suā horis singulis meditans consolationēq; dei qua humiles monachos uisitat. ut aquam frigidā expectans. Quicūq; toto cordis sensu luctum possederunt. Hi uitā quoq; ipam suam ut laborum plenissimam lacrimarumq; & dolorū iugiter materiam sibi ministrantem oderunt. Corpusq; suum ut nuncium aduersati sunt. Quotiens in his qui secundum deum lugere uidentur superbiam aut iram deprehenderis: horum scito lacrimas non ex eis esse quas cōpunctio salubris elicit. Que enim societas inquit lucis ad tenebras. Solet adultera compūctio elationem gignere. ea uero que laudabilis & probata est consolationem. Sicut ignis stipulam inflammat & consumit ita caste lachrime sordes omnes & uisibiles & inuisibiles cōsumunt. Lachrimarum rationem pleriq; patres non patere & esse obscurissimam atq; ad inueniendam difficilimam definiunt: atq; in his

potiſſimū qui rudes imbuuntur ex multis eas & uariis occaſiōibus gigni. Puta ex natura ex deo ex afflictione uituperabili. Itemq́ʒ exlaudabili ex inanni gloria ex fornicatiōe & dilectione ex morti memoria aliiſq́ʒ plurimis uerum omnibus his lachrimarū modis diuino timore diſcuſſis & cognitis ex iugi noſtre reſolutionis memoria mundiſſimas & ab omni fraudis ſuſpitione alienas lachrimas nobis cōparare ſtudeamus. Neq́ʒ.n: eſt in eis elationis furtiue ſuſpitio ſed emundatio magna profectuſq́ʒ charitatis in deum peccatiq́ʒ abolicio & cādidiſſima & ab omni perturbationum ſtrepitu remota ac feliciſſima requies. Eos ſane qui lugent. Nōnunq̄ ab optimis lachrimis inchoaſſe & in deteriores deſinere nec nouum nec mirum eſt ſed a contrariis aut etiam naturalibus in ſpirituales tranſferri lacrimas & ſingulare eſt & laudibus re uera digniſſimū hoc autem problema manifeſtius nouerūt qui circa inanem gloriam proniores ſunt. Noli ante q̄ perfecte emunderis lachrimarum tuarum imbribus credere. Neq́ʒ enim habet fidem uinum ſtatum e torcularibus expreſſum: Omnesquidem lachrimas noſtras quas ſecundū deū profundimus eſſem mirum utiles nemo

est qui refrigetur. Quemnam uero sit utilitas
earum in tempore nostre migrationis agno
scemus. Qui ex iugi luctu in deum proficit: [s
epulari quottidie & festa celebrare nō desunt
Qui uero corporaliter epulari nō desinit: Hūc
sempiternus luctus recepturus est? Non enim
reis est in carcere leticia: ita ne monacis quidē
uera in terra solemnitas. Atque id circho for
sitan honestus ille fletus emulator īgemiscens
aiebat. Educ de custodia aiam meā ut exul
tet iā in tua ineffabili luce. Esto sicut rex in cor
de tuo sublimis in humilitate residens & risui
iubēs uade & uadat & dulci fletui. Veni & ue
niat. seruoq; & tyranno corpori fac hoc & fa-
ciat. Si qs beato gratiosoq; luctu se ueluti spō
sali indumento uestire curauit hic specialem
aie cognouit risum quis putas erit huiusmo-
di qui tps suū oē tā pie ac religiose in mona
stica conuersatione cōsumpsit ut nullū diem
nullā horā nullū momentū aliquādo pdiderit
q; nō in diuino seruitio religiosisq; operibus
expēderit: id apud se iugiter ac solicite reputās
possibile nō eē eūdē diē bis in uita cōspicere?
Btūs quidem is monachus qui celestibus & in
tellectualibus uirtutibus defigere aī obtutus
ualet: sed ille sāe absit metu ruie ē q ex mortis

ſcelerumque memoria genas ſuas uiuentium aquarum perpetuis imbribus rigat. Facile autem aduocor: ut credam priorem illum ſtatũ per hunc ſecũdum profeciſſe: atq; ad illam felicitatem pueniſſe. uidi ego mendicos ac pauperes improbos facetis quibuſdam uerbis ipſa quoq; regũ corda ad miſericordiã celeriter inclinaſſe: uidi item pauperes: ac uirtutibus inopes: non urbanis quidem: ſed humilibus tenebraſq; ac heſitatõnem teſtantibus uerbis ex profundo corde ad celeſtem regem ſumma ĩprobitate atq; perſeuerantia clamantes inuiolabilem illius naturam atq; clementiam uiolaſſe: qui lachrimarum ſuarum gratia in animo inflatur: eoſq; qui non lacrimantur damnat. Is ei ſimilis eſt: qui ab imperatore contra ĩimicos ſuos accepit arma hiſq; ipis ſeipm necat. Non indiget deus lachrimis noſtris: o ſocii. Neq; hominem ex cordis anguſtia lugere uult: ſed magis ex inſigni ad eum caritate in hilaritate animi letari. Peccatum remoue & ſuperflue iam erunt ſenſibilibus oculis fuſce meſteq; lachrime. Neq; eni cauterio opus eſt ſi uulnus deſit. Non erant in adam ante preuaricationem lachrime: ſicut nec poſt reſurrectionẽ iam deſtructo peccato erunt. Siquidem tunc aufugit dolor & triſticia & gemitus. uidi in q-

busdam luctum. uidi item in aliis: eo q luctu indigerent luctum. his autem & si luctus nō desit: tamen ut qui illum non habent ita affici untur. per quam hanc animi decoram castitatem inuiolabiles furibus permanent Atq hi sunt de quibus dictum est. Dominus sapientes facit cecos. solent enim ipse quoq lacrime leniores quosq nonnunquam attollere. Quo circa quibusdam diuina dispēsatione subtrahuntur ut dum se ipsos priuatos uiderint studiosius eas requirentes miseros se ipsos agnoscant gemittibusq et merore ac dolore animi profundaq tristitia & hesitatione se conterāt que omnia lacrimarum uicesimplere solent & si ab ipsis nimium utiliter nichil extimentur Inueniemus nonnunquam si obseruemus diligentius ridiculum quiddam in nobis demones moliri. Nam cum saturitate distenti fuerimus compungunt nos rursum cū Jeiunauerimus obdurant: ut seducti lacrimis parenti uitiorum gulle ac delitiis nos ipsos exponamus. Quibus ob temperandum non est sed omnino contra faciendum. equidem ipsā cōpūctionis uím, considerās stupeo quo nā mō eaq luctus & meror dicitur gaudium intrinsecus & leticiam ueluti mel: & fauum cōesa possideat. Quid igit ex hoc nobis inui

tur?id profecto quod propriedei domini hu-
iusmodi conpunctio esse pro confesso habea
tur.Est tūc in aia iocunda uoluptatis deo la-
tenter mestos & contritos corde consolante.
uerum ut occasio efficacissimi luctus doloris
q; perutilis nō desit:historiā omnino misera-
bilem ad hedificationem animarum referre
libet.Stephanus quidam hoc in loco habitās
solitariā & qetā uitā adamauerat: hic cū ānos
plurimos in monastico certamine egisset ie-
iuniisq; maxime & lacrimis esset ornatus aliis
q; p̄terea uirtutum priuilegiis floreret celulā
ad radicem montis in quo sacram illlam diui
nāq; uisionem speculatus olim fuerat he-
lyas: sibi consttruxerat. hic igitur tam uene
randus moribus intentione maioris laborio
siorisque penitentie profectus est ad anacho
ritarum locum cui fides nomen erat.Quo in
loco cum annos aliquot arctisimo uite insti
tuto peregisset erat enim hic locus ab omni
cōsolatōe mortali penitꝰ rēotꝰ oībusq; fere hoī
bus inuius septuagita.enim fere milibus pas
suum ab omni humana habitatione disiun-
ctus erat rursus extremo uite tpe rediit cupiēs
in celula sua priore sancti illius montis habi-
tare. Erant aūt ibi duo ex palestina discipuli

ad modum religiosi qui etiam p̄die obseru a-
bāt celulā senis. Inq̄ cū paucos egisset dies lā
gorē icurrit ex quo & mortuus est Igitur ante
unū exitus sui diē repente aīo obstupuit. ap
tisq3 oculis ad dexteram atq3 ad sinistrā ptē
lectuli circūspiciebat & q̄si rōnem qdā a se exi
gerent cōctis q adstabāt audiētibus aiebat
aliquando qdē ita sane: sic re uera. sed p hoc
tot ānis ieiunaui aliquando uero nō certe mē
timur hoc nō feci: Deīde rursus ita uere ē. hoc
ita ē sed fleui. sed ministraui. Ac rursus uere
me acusatis. Inquibusdā ēt aliq̄do aiebat. Ita
sane & qdem ad hec qn dicam nō habeo. iō
misericordia ē. Et erat pfecto spectaculū hor
rendum ac terrificū inuisibile illud seuissimū
q3 īdiciū i quo ēt q3 terribilius ē & qđ nō fece
rat illi obitiebāt me miserū quietis ac solitudi
nis sectator in nōnullis peccato℞ suo℞: quid
ad hoc respondere posset se non habere dice
bat qui iam fere quadraginta annos mona-
chus fuerat & lachrimarum gratiam habue-
rat. ueh. ueh. ubi nam erat ezechielis nos qua
illis obiceret. quia in quo te inueniam in eo
te iudicabo dixit dn̄s uere nihil huiusmodi
respōdere potuit. Cui rei gratia. Illi gloria qso
Is agnouit Quidā uero mihi ueracit̄ affirma
uerūt q3 hic dū eēt i herēo pdū quoq3 ex ma:

nu sua nutriebat.Hic ipe,tamen cum adeo in feste ratio a se exigeretur carne solutus est:qd iudicium quis terminus que sententia quis rõ nis eius finis fuerit incertum penitus reliquẽs Sicuti uidua que uiro suo fuerat orbata.si filius sibi sit unigẽitus illi soli unitur eiusq; post dominũ solatio potitur ita anima si lapsa fuerit nullo alio solatio exitus sui tempore tam secure nititur:ut abstinẽtie labore ac lachrimis. huiusmodi nunquam concinent neq; in hymnis secum iubilabunt hoc enim luctum interrumpunt & perimunt.q; si tu per ea luctum tibi constituere studes adhuc ea res abste remotissima est.Luctus quippe certus fixusq; dolor ẽ anime perite Precursor beatissime tranquilitatis in plerisq; luctus preaptaus& emundãs consumensq; omnium uitiorum siluam.Quidam honesti huius boni probatus operarius ista mihi de se narrauit.cum inquit sepius studiose instituerem aduersus inanem gloriam siue iracundiam siue uentris saturitatem omnino bellum gerere : luctus ratio subclamans mihi intrinsecus attestabatũt.Noli inani gloria efferri nam recedam abste.Similiter quoq; in aliis perturbationibus dicebat. Cui ego aiebam nunquam tibi ero inobediens donec me.Cbristo domino sistas:luctus quidem pro

funditas consolationem aspicit: cordis uero munditia illustrationem suscepit. Illustratio ineffabilis est quedam efficatia quam ignote intelligimus & inuisibiliter aspicimus. Consolatio est refrigerium afflicti animi Infantis in more in se ipso uagientis simulq; grate ac iocunde subridētis. suffragatio est anime que in merore ceciderit innouatio. afflitas lacrimas in eas q̄ sunt ac pacatissime mirabiliter transferens lacrime exitus metum excludere ubi uero timor excussit timorem: continuo serena lux gaudii illuxit. Cum autem indeficiens id gaudiū defierit flos sancte caritatis orietur humilitatis manu adueniens gaudiū abstc ut indignus obice ne forte dum nimiū facilis ad suscipiendum eslupum pro pastore suscipias. Noli propere ad contemplationem currere in alieno tempore ut hoc humilitatis tue pulchritudinem in sequens tibi in seculum seculi castissimo iungatur amplexu. Principio quidem infans cum agnoscit patrē gaudio penitus impletur. Si uero ille certa ratione peregre profectus fuerit atq; iterum redierit: gaudii simul & meroris infans plenus efficitur. Gaudii quidem quia eum quem cupiuerat uidet meroris: quia tanto tempore honesta illa pulchritudine priuatus est abscon-

dit se ipsam infantis mater quē si se uiderit anxie inquirere gaudio afficitur sicq; illū istruit sibi adherere iugiter affectūq; suē altius īfātū imprimit eumq; ad se ardentius amandū inuitat. Qui habet aures audiēdi audiat ait dominus. Non augetur spectaculorꝫ ordinando rū cura is reus in quem fuerit lata sentētia ita ne is quidem qui attentius luctui studet delitiis aut gloria aut furore aut iracundia unde cunq; capietur. Luctus est penitētis aīe certus & fixus dolor quottidie dolores doloribꝫ adiciens. Iustus & sanctus dominus q & eum q ratiōe sectatur quietem ratione conpungit & eū q rōne subdit quottidie letificat. Qui horū alterꝫ nō legiptime arripit hic luctu priuatū se intelligat. Abice abste eū qui in pfundissimo luctu ad te accedit canē deūq; tibi i clementē & inmisericordē suggerit. Nā si diligēter obserues inuenies illū cū ad pcm te hortat̄ iclemētā & misericordē atq; ad ignoscēdū facilē deū tibi polliceri. Exercitatio assiduitatē gignit. Porro assiduitas ī sēsū firmissimū desinit. Qui autem in sensū fit difficile aufferri potest ēt si quodlibet magnum atq; electissimum uite institutum ara pueris id quasi extremum & notum existimare debes: nisi cor afflictum merensq; possideas: Oportet enim

reuera maximeque necesse est: ut qui post salutare lauacrum inquinati sunt igne cordis Infatigabili: ac miseratione dei manus suas ut ita dixerim pice excutiant. uidi ego apud quosdam supremum terminum luctus sanguinem enim eos pre afflicto & percusso cor de profundere ex ore conspexi. recordatusq; sum eius qui dixit. Percussus sum ut fenum & aruit cor meum. Ille quidem lacrime quas metus gignit in se ipsis custodiam possident Que uero ex caritate prodeunt antequam ipsa proficiatur inquibusdam facile fortassis auolant nisi forte ignis ille sempiterne memorandus operis tempore cor penitus incēdat. Et est sane mirabile quodammodo id quod uilius &. Indignius est certius atq; securius fit suo in tempore sunt materie que fontes nostros exiccent sunt. item que in ipsis & cenum & feras belluas pariant per priores quidem illas. Loth filiabus suis nequiter congressus est. Per feras uere diabolus cecidit Ingens in hostibus nostris uersutia summa nequitia uirtutamq; matres: matres uitiorū & humilitatis auctores materias superbio opifices faciunt. Solent nonnunquam ipse etiā sedes nostre & locorū species aium nostrū ad

compunctionem excitare. Doceant te hoc Iesus: & Helias & Ioannes soli apud se orantes. Animaduerti plerunq; in ipsis quoq; ciuitatibus mediisq; tumultibus moueri nobis lachrimas: ea profecto arte demonum: ut putantes quidam nihil se ex his tumultibus ledi seculo propinquare non metuemini. uerbum unū nonnunquam dissoluit luctum. Mirum uero si unum quoq; uerbum rursus illum reuocare: postq̄ auolauerit possit. Nō accusabimur o socii neq; nobis crimen dabitur in separatione anime. a corpore q̄ nō miracula egimus q̄ non de theologia deseruimus: q̄ non contēplatiōi operam dedimus: sed ob hoc maxime rationem omnino deo reddituri sumus: quia lugere unquam destitimus.

De ire uacuitate & mansuetudine gradus octauus.

Sicut aqua: si paulatim igni adiciatur: flamā penitus extinguit: ita & ueri luctus lacrime: oēm flamam iracōdie ac furoris extinguere cōsueuerūt. Quo circa: nos quoq; ista cōsequenter suo ordie subiciemus Ire uacuitas inexplebile est ignominie desiderium. sicut contra in

his qui inani glorie student: infinitus est laudis appetitus: Jre uacuitas: ē nature superatio absq̧ ullo iniuriarum sensu ex certaminibus: & sudoribus proueniens. mansuetudo est aĩ immobilis status inter uituperationes laudes eodem modo pseuerās. initiū quidē ire uacuitatis est labiorum silentium in perturbatōe cordis. Medium āt silentiū quoq̧ ipsarum cogitationū in aĩ tenuissimo metu. Finis uero est inter ĩmundorum spirituum flatus stabilis: ac fixa trāquilitas. Jra est tolleratio occulti odii memoria. s. iniuriarum alte: aĩo impressa. Jra est desiderium quo eū qui nos irritauit affligi cupimus. Jracūdia est subita cordis excādescētia: nec diuturna. Amaritudo est iniocūdus atq̧ ĩsuauis motus in aĩo cōsidens. Furor est morū inconstās motus aĩq̧ turpitudo. Sicut cum sol apparuerit: fugantur tenebre ita cū afflare ceperit suauissimis humilitatis odor: oĩs amaritudo omnisq̧ furor ex aĩo exterminatur. Quidam cum sint nimium ex furore mutabiles: negligentiores ad hunc saluandum curādūq̧ fiūt nō intelligentes miseri quid scriptura sacra cōmemoretur dicēs. Momētū furoris eius ruina ē illi. ueloxē motus mole uno sepe momēto amplius triticū aĩe & fructū uite cōterēs atq̧ demoliēs quā faceret: die alius integro.

Quocirca prudenter & toto aĩo attendendũ est. Ea sepe flãma quam subito uehemens uẽtorum flatus accenderit fructum cordis amplius adurit & perimit: quã ea que: & lentius excitata est & diutius uiget. Ne istud quidem uos latere debet amici ꝙ ad tempus iniqui se demones astu subducũt: ut dum maxima uitia ueluti minima negligimus iam insanabiliter egrotemus. Sicut lapis acutus angelis asp. Si aliis lapidibus contundatur: & colidatꝰ omne illud acumen amittit. Solidaqꝫ tuis asperitas contrita dissoluitur: fitqꝫ rotundus atqꝫ leuis. Ita & anima dura atqꝫ ad iracondiam prona si dure & iraconde uirorũ multitudini admisceatur: atqꝫ cum eis una degat: alterum e duobus sustinet: aut enim extollerantie uirtute proprium curabit. uulnus aut si iniuriis fatigata cesserit suam penitus. Infirmitatem noscet: q̃ sibi ignauia h̃ fuga ueluti speculũ ꝙdã ante oculos ponet: furibũdus est caducus uolũtarius: qui dũ ãticipatur inuitus cadens: colliditur atqꝫ disrũpitꝰ. Nihil minus penitentibꝫ cõuenit q̃ concitatus furor. Quippe cõuersio summa indiget humilitate. Hi uero maximi t ioris arguñtũ est: si is demũ sup̃me hũilitatis ẽ minus eẽ ꝓ ɔfesso hẽt: ut eo ẽt p̃sẽte a quo irritamur sereno illũ ac trãqllo corde diligamꝰ:

is sine dubio finis furoris erit:si soli dũ degimus aduersus eum qui nos in aliquo leserit & uerbis & gestibus repugnantes utamur.Si spiritus sanctus anime pax & diffinitur & est: nichil eque ut furor eius a nobis presentiam segregare poterit.Cum permultas atq; diras furoris species agnouerimus unam ipsius solãq; progeniem(& si adulteram)utilem tamẽ esse deprehendimus: Vidi enim nõnullos qui cũ usq; ad insaniam excanduissent: diuturnamq; adeo ac penitus immedulis insitam iniuriarũ memoriam euomuissent per uitium illius commotionis fuisse liberatos:cum is qui eos leserat prioris diuturniq; doloris illos uel penitentia uel satisfactiõe curasset. Vidi item alios qui irrationabili lõganimitatis specie ex silentio memoriam illate iniurie in intimis recondiderunt eosq; insanis deteriores atq; infeliciores esse iudicaui:qppe pattram ntũ colũbe cãdorẽ demoliti essent sũma igĩ aduersũ serpentẽ istũ cura & diligẽtia pugnãdũ ẽ & ipse enĩ naturã habet adiutricem non secus q̃ turpis concupiscentie coluber.Vidi nõnullos iracõdie furiis succẽsos p̃ amaritudine aĩ cibũ ab seoĩuo reiecisse:q tñ ex hac irrõnabili ɔcupiscentia uel ɔtinẽtia uenena uenenis adiecerũt

uidi item alios cum ueluti rationabilem cau sam furoris nacti essent gulle & illecebris se ipsos addixisse: ac ueluti ex fouea ī precipitiū corruere. Alios item aspexi prudentiores qui peritorū more medicorū utrisq; cōmixtis ex equabili & moderata consolatione maxima emolumenta cōsecuti sunt. Nonnunq̄ mode rata melodia furorem optime lenit & mitigat sepe uero ea que inmoderata est & importu na cum uoluptate coniungitur. Ea igitur sic demū optime utemur si tpa aptissime ad nor mā dirigamus. Cum sederem aliquando cu iusdam necessitatis causa iuxta quorundam solitariorum celulam audiui illos perdicum more ītus sūma amaritudine & furore apud se corrixantes atq; in eius personam qui se le ferat tanq̄ his presens esset petulantissime in silientes Quos ego ne ultra in solitudine se derent pie & fideliter monui nolēt ex homi nibus demones fieri uidi rursus alios cor de lasciuo: ac lubricos escarum nimietate distendi: qui mites se esse: & blandos: at q;(ut ita dixerim) amatores fratrum simulan tes: personam sibi sanctitatis & honestatis im ponerent: quos ut solitudinem sectarētur hor ratus sum ueluti ferramentum quiddam lu-

xui & escarum nimietati inimicum si nolent ex rationabili in brutam naturam miserabiliter decidere. Cum uero quidam mihi utrisq; se miserabilius efferri dicerent eos ego sue uoluntatis arbitrium sequi prorsus ihibui: eorumq; pceptoribus hoc amice sugessi ut hūc aliquando nonnu , q̄ uero illum ordinē eos sequi permitterent. Dum illi per omnia recto ri atq; gubernatori ceruice summissa perfecte obtemperaretur is quidem uoluptatibus studet seipsum fortassis: aut & alterum suorum morum discipulum corrumpere ac perdere solet iracundus uero lupi in morem gregē totum sepe perturbat: animasq; plurimas humilimas uulnerat. Graue quidem est oculum cordis pre furore turbare secundum p̄s. testimonium dicētis: Turbatus est a furore oculus meus lōge uero grauius & labiis ēt animi impetum exprimere. Grauissimum autem ac totius monastice & angelice diuineque conuersationis alienum oio atque inimicū manibus quoq; furori satisfacere. si festucam alterius sanare uis uel magis tibi uelle uideris: Noli pro scalpello trabem hanc uelle recidere atq; retundere. Trabs quippe sermo durus est gestusq; indecorus. Scalpellum uero mansue

ta doctrina mittisq; rephensio argue enim in quid in crepa obsecra non aũt etiam partute Si uero & hoc fieri opporteat raro omnio ne tuncquidem parte ipsum facere debebis. Si diligentius ĩspiciamus animaduertemus pleros q; ex his qui iracundie facibus ex agitãtur prõpte ieiunare uigilare quietem solitudinis sectari: Est enim ea uersutissimi demonis intentio idq; summopere inquirit ut ueluti per rationabilem occasionem penitentie & luctus eas materias que morbo huic incrementa dare possint sequẽdas illis psuadeat. ¶Si lupus unus (ut antea diximus) gregem totum auxilio demonis perturbare potest: & unus profecto sapientissimꝰ frater: uelut uter oleo repletus angeli adiutorio fretus fluctuum rabiem in serenitatis tranquillitatẽ conuertere: nauemq; seruabit illesam ac pro magnitudine iudiciiq; prior ille pmeruit mercedem adeo refert pfectus forma oĩbus factus. ¶Initiũ btẽ tolleratie est in amaritudine & dolore anime ignominias suscipere: mediũ uero eas tollerare sine merore finis autem & consummatio summam

illas laudem existimare. Gaudeas por ualeas
secunde. Sed tu felix ac beatus tertie quippe q
in domino exultas. Notaui miserandum om
nino spectaculum in his qui iracundie inser
uiunt q illis latenter ex elatione contingit: in
dignati enim eo q ira fuissent superati rursus
irascebantur. Admiratusq sum cum intuerer
illos ruina ruinam ulciscentes ac peccato pec
catum persequentes miseratus sum: demonū
q uersutiam stupens parū abfuit quin de mea
ipsius uita desperarem: Siqui se ipsum tumore
& iracundia nequitiaq & simulatione facile
superari perspiciens contra hec mansuetudi
nis & tollerantie ancipitem gladium educere
instituit: hi profectus ueluti fulonum saluta
rem officinam fratrum monasterium ingre
di laboret: atq eorum qui maxime duri & im
mittes sunt: siquidem hec uitia perfecte exue
re cupit. ut illic ex contumeliis & ignominiis:
dum fratrum uexationibus extenditur atq in
tellectualiter pulsatur fortassis uero etiam sen
sibiliter calcibusq tunditur & conculcatur: sor
desq aīe illius uestes macularēt diluat. Ipsa te
plebeia uos psuadeat pbrū & ɔtūeliā lauacrū

esse uitiorum anime. Solent enim seculares cum aliquem in faciem ignominiis & contumeliis resperserint gloriãtes ad alios dicere laui illum. Qui profecto uerum est. Alia in his qui ad huc rudes inbuuntur ex fletu iu est iracũdie necatio Et alia in his qui perfecti sunt cõmotionis commoda cessatio. Quippe prior illa lacris ueluti freno quodam ligata est. hec uelut serpens a btã tranquilitate ueluti a gladio quodam accutissimo neccata ẽ. uidi ego tres una monachos iniuriis affectos ex quibus unus mordebatur quidem iniuriis atq; perturbabatur. sed tamen silentio premebat iracũdiam alius uero gaudebat quidem ex lucro suo sed eiusqui se maledictis in sectatus fuerat peccato augebatur. Tertius uero proximi tantum damna secum uoluens uim ardentium lacrimarum perfundebat. Erat q; suaue spectaculũ timoris & mercedis & caritatis operarios aspicere. Sicuti corporum febris cum una sit non unã sed plures habet sui occasiones ardoris. Ita & frenor atq; commotio fortassis uero aliarum spitierum perturbatio nũ quoq; nostrarũ plurimas ac uarias occasiones & causas habere noscuntur. Quo circha possibile non est, tantam rerum uarietatem. eodẽmodo diffinire. sed magis cosiliũ ex

animo meo do ut pro solicito egrotantiũ stu dio quisqꝫ medicine compendium inquira mus.Primum itaqꝫ remedium erit : ut quisqꝫ causam sui doloris agnoscat . Causa quippe cognita contra hanc medicamenti etiam au xilium ex prouidentia dei spiritualiumqꝫ ui rorum diligẽtia suscipiemus. Qui nobiscum in domino una ingredi cupiunt nostro exẽ plo admoniti i illud propositum nobis.Inter lectuale iudicium ingrediatur predictasqꝫ tur bationes sine causas quodamodo sub obscu re simul examinent.Vinciatur iam tyramnus iste mansuetudinis nexibus.Flagelloqꝫ lõga nimitatis uerberatus atqꝫ a caritate pertractus sistatur tribunali rationis:Atqꝫ ut cõuenit exa minetur & ita discutiatur.Dic nobis ostulte & turpissime genitoris tui & eius que te male peperit appellationem:filiorumqꝫ tuorum & sceleratissimarum filiarum. Preterea & eorũ qui te debellant & necaturi sunt nomina edi cito: Ille uero sic iterrogatus ita respõdere ui debatur.Plurime generationes mee sunt nec unus mihi pater est.Matres uero mee sũt ian nis gloria.cupiditas castrimargia . Nonnun quam uero & fornicatio. Qui autem me ge nuit fastus appellatur.Porro filie mee memo ria iniuriarum inimicitia disceptatio & odiũ

Aduersarie uero mee: quibus nũc uinctus teneor: que his obiecte sunt. Mãsuetudo: & inirascentia. Ea aũt que mihi insidiatur: humilitas dicitur: quis uero illam genuit: loco suo illam interrogate.

De memoria Iniuriarum Gradus Nonus.

SAncte quidem uirtutes Jacob scale cõparãtur uitia uero nepharia: ei q̃ cecidisse legit̃ ex Petri. sũmũ apostoli mãibꝰ cathene & ille qdẽ simul nexe: atq̧ altẽ ad alterã trãsmittẽtes ĩ celũ sustollũt amatores suos uitia uero se inuicẽ gignere atq̧ artissime cõplecti cõsueuerũt Quo circa cũ iã audierimus ĩplacabilẽ furorẽ ꝓgenit̃ suã memoriã iniuriaꝝ appellãtẽ d̃ ea nũc: inuitãte nos tpe loquamur. Memoria iniuriaꝝ ẽ furoris dementia: pc̃õꝝ custos: iustitie odiũ: uirtutũ ꝑditio: uenenũ aĩe: mẽtis assiduus: uermis orõnis cõfusio. depc̃atõis excisio caritatis alienatio. clauis fixus: iniocũdus sensus: q ĩ amaritudinis suauitate diligitur: iuge peccatũ: nũq̃ dormiens iniqtas horis singulis admissa malitia. ẽ istud quoq̧ tenebrosum ac molestissimũ uitiũ inuiscatũ dico. i. iniuriarũ memoriã unũ ex his q̃ generãtur nec gignũt: iue ẽt gignunt: atq̧ iõ plura de illo loq uolu-

mus: q iracũdiã sedauit his huiusmõi memó
riã pemit.Dũ.n.uiuit pater filios generare nõ
cessat.Qui caritatẽ possidet iracõdiã ab se fu
gauit.Qui at inimicitias exercet iportunos si
bi labores cõgregat:caritatis mensa dissoluit
odiũ.& dona mũdissima emoliũt aĩam: mẽsa
neglecta mater cõfidentie. & p fenestrã carita
tis uentris ingluuies igreditur:aĩaduerti odiũ:
uinculũ fornicationis diuturnũ dirupisse:me
moriãq iniuriaꝝ illic iã mirabiliter & preter
spem pseuerasse . Mirandum sane spectaculũ
demonẽ a demone sanari conspicere:sed hoc
fortassis ẽ ex dispẽsatiõe opus dei nõ demonũ
lõgissime a caritate ualida:& naturali.remota
est memoria iniuriaꝝ: eiq facile appropiabit
fornicatio:uideasq latenter in colũba corru
ptionẽ.lõquẽ mordet iniuriaꝝ memoria:ad
uersus demones id magis patiat:& quẽ dele
ctat blãdũ inimicitiaꝝ uenenatũq odiũ: cor
pori suo semp i festus inimicus sit.Amicus in
gratus ac dolosus:caro est:& si foueatur am
plius ledit.Solet scripturas diserere memoria i
iuriaꝝ atq ad ꝓprie affectionis sensum sci spi
ritus eloqa uiolẽter attrahere.Cõfũdat huius
mõi yhu orõ:q̃lsi iniuriaꝝ q̃ mẽoriã seruẽs:cũ
illo dicere nõ possumus.Si ps igẽtẽ luctã hmõi
puersitatẽ oĩo dstruere nõ ualeas saltẽ uerbis

& corporis habitu inimico tuo te penitere si-
gnifica.ut uel hanc ad illum:simulationē diu
tius ueritus:perfecte tandem illum diligere cō
garis:a conscientia ueluti ab igne quodā affi
due admonitus.Hac uero putredine & peste
tum demum te perfecte curatum intellige:nō
cum pro eo:qui te contristauit oraueris.nō cū
illum muneribus effeceris:non cum ad men-
sam tuam eum perduxeris:sed cum cognita il
lius aliqua calamitate:siue corporali siue spiri
tuali.quasi ipse eam perpessus fueris:ita te au-
gi dolore atq; illachrimari perspexeris. Mona
chus solitarius:qui hanc seruat i semetipo me
moriam:aspis nidificans est : letale uirus secū
ubiq; circūferens.Memoria passionū Iesu hu-
iusmodi curabit animam dum in illius clemē
tiam ac tollerantiam intuens ualide confusa
erubescit.Ligno putrido intrinsecus gignun-
tur uermes:& mitissimus moribus quietique
adultere coheret iracondia.Qui hanc eicit re
missionem reperit.Qui uero illi agglutinatus
est miseratione priuatur.laboribus se quidam
ac doloribus ut ueniam mererentur exposuē
runt.hos tamen uir : qui iniurias obliuiscitur
facile anticipauit.Siquidem illud uerissimum
est quo dicitur.dimittite celerius & copiose di
mittetur uobis:uere germaneq; penitentie cer

tum argumentum est obliuio iniuriarũ. Qui uero inicitias tenet & se penitere existimat similis ẽ ei q se ĩ sõnis currere putat. uidi iniuriarum memores dum de huiusmodi salutari obliuione admonerent. uerba sua reueritos ab hoc quieuisse uitio & peste. Nemo huiusmodi ob tenebrationem simplex esse ac tenue uitium existimet. Solet enim ad ipsos quoq spirituales uiros sepius extendi.

De Detractione Gradus Decimus.

NVllus. reor prudentium & recte sẽtientium ex odio & iniuriarũ memoria detractionem nasci refragabitur. Quo circha & post maiores suos: ueluti in serie constituta est dectratio est proles odii tenuis langor pinguis: & ocula ac latens sanguisuga: que caritatis omnem consumit ac demolitur sanguinem. dilectionis simulatio. cordis sordes ac duritiam parans. castitatisq exterminatio. Sicuti quedã sunt adolescentule que mala sine ullo uerecundie rubore operantur. Nonnulle uero que grauiora his clam ac uerecundius faciũt Ita in passionibus ignominie fieri uideas: huiusmodi uero adolescentule sunt. Simulatio nequitia meror memoria illate iniurie cordisq dectractio que alia suggerere uidentur: &

ad alia intente sunt. Audiui detrahētes quosdam eosq; protinus increpatione coercui qui cū mihi satisfacere uellēt. Hoc se ex eius caritate & cura cui detrahebant facere dixerunt. Ego uero eis. quiescite inquam. atq; ab huiusmodi caritate cessate. Ne ille mentiatur q ait detrahentem secreto proximo suo' hunc persequebar. Si te dicis diligere clam ora neque obiurges mirum hunc quippe caritatis modum deus libentissime suscipit. Neq; istud cogitare obmittas': si te abiudicando peccantem sobrium omnino seruare cupis q & Judas in choro discipulorum fuit. Et latro in homicidarum numero mira tamen in uno temporis momento utrisq; facta est retributio & commutatio. Si quis detractionis spiritum superare cupit non peccanti fratri sed suggerenti demōi causam sceleris ascribat. Nullus enī est qui in deum peccare uelit & si omnes non coacte sed sponte peccamus uidi aperte peccantem atq; occulte penitentiā agentē & quē ut neqssimū iudicauerā Inueni pudicū ac sobriū apud deū existiari. Cū illū p cōuersionē & penitentiā sibi propitiū fecisset. Noli eum uereri qui apud te proximo detrait hitymo uero dicito ei. Quiesce frater. Ego in his que grauiora sunt quottidie delinquo illum ergo

trā per corporis sensus ad animam penetrant atq; hoc ultimū secularibus maxime Primū uero illud eis qui solitariā uitā delegerunt ꝙ eis materie nō ad sint cōtingere uideas. Ego de hoc illud interim dixerim. Quæres apud malos prudentiam & non inuenies. Quotiēs intentius aduersus fornicationis spiritum impugnantes hunc ex corde per ieiunii lapidē atq; humilitatis gladium ex cruciatū eiecerimus tunc iam corpori nostro uelut uermis q dam insidens iprobos quosdā ac irrationabiles motus miser ille pelliciens nos inquinare conatur quod illi maxime perpeti solent qui inanis glorie spiritum secuntur. Dum enim se hac peste liberatos gloriantur nulla etiam cogitationū nequā assiduitate pulsati in morbū illū pro lapsi sunt. Atq; quod id uerum sit cum se isti ad solitudinis quietem contulerūt se ipsos diligenti inquisitione discutiant inuenient profecto cogitationem quandā in cordis abditis ueluti serpentem in sterquilinio detulisse que proprio illos studio atq; alacritate uirtutem intime castitatis acquisisse suggerit. Non intelligunt miseri illud apostoli. Quid habes ꝙ non acceperis? uel gratis: uel ex deo uel ex alterius opere: & oratione. Inspiciāt ergo isti diligēter atq; omni studio

predictum colubrum ex cordis sui latebris sũma humilitate mortificatum abstrahãt: ut ab ipso liberati possint & hii fortasse aliquando tunicas pelliceas exuere triumphalemq; castitatis hymnum: ut illi castissimi ĩfantes deo canere si tamen exuti non inueniantur illorum humilitate nudi. Obseruat & hic ipse spiritus longe amplius ceteris tempora & cum corporis habitu aduersus ipsum orare non possumus tunc maxime nos impuros oppugnare nititur. conuenit illis qui mundum uerã cordis orationem possiderunt corpore exercitatio orationis: uidelicet manuum extensio: tunsio pectorum: gemituum singultuumque perturbatio. Sinceris ac iugisĩ celum conspectus perpetua genuum curuatio: que omnia dum nonnunquam propter presentes facere non possumus: tunc maxime nos oppugnarẽt demones: cum nec dum mentis soliditate orationisque secretissima uirtute: contra hostes nostros insurgere ualemus. Necessario fortassis illis cedimus. exili cito. si possibile est abscondere modicum secretius. eleua anime atiem si potes: sin uero: uel exterioribus luminibus in celum aspice: extende ĩ figuram crucis immobiles manus: ut per ipsã quoque

formã & habitum ortãtis Amalech cõfundas & superes. Clama ad eũ qui saluare te põt. Nõ in sapientia ornatuq; uerborũ sed in simplicitate atque humilitate sermonis ante omnia ita semper exordies. Miserere mei quoniam infirmus sum. Tunc experieris altissimi uirtutem atq; inuisibiliter iuisibiles per inuisibile persequeris auxilium. Qui sic pugnare assuefactus est cito ac solo nitu animi persequi hostes ac fugare poterit sed prioris illius laboris hoc extremũ i remunerationẽ datur dei operariis & merito sane. Cũ aliquando incongregatione quadam essem: notaui solicitum atq; studiosum fratrem dum amalis cogitationibus molestiam pateretur nec inueniret illic locum ydoneum orationi ad nature necessaria simulata necessitate exisse atq; illic aduersus hostes ualidissima oratione conuigere cũ uero loci indignitate promouerer. Cur iquit loci huius.q.minus ydonei te facies mouet. Persequebantur me immunde cogitationes. ego in loco immundo ut sordibus mondarer oraui. Omnes quidem demones primo intellectum nostrum obnubilare contendunt. atque ita demum ea que sibi amica sunt fuggerunt nisi.n.mentis nostre claudantur oculi: tesaurum nostrum furari non poterunt. sed

fornicationis spiritus multo ceteris uelocius instat. Hic deniq cũ nõnũq principem mentem tenebris obduxerit ea homines facere inducit que soli amites operantur Que crãt cũ post aliquod interuallum temporis mens resipiunt: non eos solum qui uiderũt sed nos ipsosquoq erubescimo: turpes actus nostros uel locutiones uel habitus recolentes. Priorẽ ꝙ nostram obsecratione obstupescimus deniq plures sepe ex huiusmodi discretione ac peste quieuerunt. Auersare totis uiribus eum hostem qui te post actũ fedum orare uel religiose agere uel uigilare prohibet memor eius qui dixit. Id circo autem ꝙ mihi molesta sit anima mea anticipatiõibus uiolenter oppressa faciam ultionem eius ex inimicis eius. qs est qui corpus uicit? Qui contriuit cor. qui se ipsum abnegauit. Nam quomodo non conteretur is qui uoluptati mortuus est? Est inter uitiosos alius alio uitiosior. Videasq nonnulos ipsas quoq sordes ac scelera sua suauiter & cũ uoluptate confiteri. Solent immũde turpesq cogitationes a seductore cordis fornicationis spiritu suscitari. Quarum tamen medicina continentia est atq eas nichil existimare Quo nam autem more & modo meum hũc amicum uinciens in morem ceterorum diiu-

dicem nescio.Prius enim quam illum uinciā soluitur & antequam diiudicem: cum illo in gratiam redeo:& antequā paternam flector. Quo illum uinciam:quem ut amem a natura suscepi?Quomodo ab eo liberabor?cui i seculum colligatus sum? Quō mecū etiam surgentem destruā. Quō incorruptibilem ostendam qui naturam accepit corruptibilē?Quid illi rationabile dicam : qui per naturam mille rationibus ac persuasionibus mentitur?Si enī ipsum ieiunio uinciam:rursus illi proximū iudicans:trador si & iudicare desistens hunc superem:elatus corde in eundem precipitor.Est q; cooperator & hostis adiutor atq; aduersarius auxiliator simul & insidiator . Si foueatur oppugnat:si affligatur debilior fit.lasciuit per quietem rursus uerbera:& flagella non sustinet . Si illum contristem periclitor. Si foueam : per quem uirtutes acquiram non habeo . Quid sit circa me sacramenti: que nam sit mee concretionis ratio quomodo mihi ;: & amicus sim.& inimicus:quis uideat ? quis intelligat?Dic tu.Dic mihi o coniunx mea:o natura mea neque enim de te ab alio quam abs te discere curabo. quomodo ex te uulneratus maneam:quomodo possum naturale periculum effugere:quando iam bellum aduersum

te gerere Christo pollicitus sum.quomodo tu am tyrannidem superem ex quo uim tibi inferre delegi.Illa uero aduersus seipsam(ut ita dixerim)Respõdens ita dicere uidebitur. Nõ tibi id loquar:quod ipse non nosti: sed quod simul ambo cognouimus.Ego in me ipsa dilectione glorior matre.Exterioris quidem incendii genitrix: & causa in primis est cura nimia:atq; immodica requies. Porro interioris flamme:motusque cogitationum ex precedẽte requie actibusque preteritis occasio gignitur.Ego cum iniqua concepero.Pario scelera que simul ut nata fuerint per despatiõem generant mortem. Si meam tuamque profundam infirmitatem nolis penitus meas uinxisti manus. Si gule concupiscentiam fregeris: meos obligasti pedes: ne gradi in anteriora possint.si obedientie collum submittas a me disiunctus es.Si possideas humilitatem amputasti caput meum.

De auaritia gradus xvi.

P Lurimi.Sapiẽtissimi doctores post prefatum tyrãnum hunc auaritie millecipitem spiritum statuere cõsueuerunt: Itaque ne insipientes: nos sapientium immitemus ordinem:eandẽ

regulam terminumq̧ secuti. Pauca prius de morbo ipso ac sicut postmodum de ipsius cu ratione loquemur: Auaritia siue cupiditas est ydolorum ueneratio. Infedilitatis filia infirmitatum occasiones prefert senectutis est ua tes. terre siccitatem precinit. uenture fami p̄spiciendum suadet: Auarus est euãgeliorum irrisor transgressorq̧ uoluntarius. Qui carita tem possidet pecunias spergit. Qui uero utrã q̧ rem se tenere dicit ipse se fallit. Qui semet ipsum luget etiam corpus abnegauit. Nã si ad id se tempus nocet neq̧ illi parcet. Ne dixeris pauperum gratia pecunias congrego. Duobus.n.minutis celeste regnum uenit hospitalis & auarus sibi inuicem obuiauer unt. postremusq̧ priorem idiscretum appellauit: Qui uicit hoc uitium amputauit curas. Qui uero illo deuinctus est: nunquam orabit pure. Auaritie initium elemosinas pretendit. Finis uero est odium pauperum. Dum congregat q̄si q̧ misericors officitur at cum fuerit pecunia rum copia contrahit manus: uidi nonnullos pecuniis pauperes qui prioris sue paupertatis obliti in conuersatione pauperum spiritu di uites effecti sunt monachus cupidus nunq̄ patet accidie horis.n. singulis illud apostoli uolunt. Qui ociosus est nec manducet. ac rur

us manus iste ministrauerunt mihi & his qui mecum sunt. Nuditas rerum omnium cu rarum est depositio. Securitas uite uiator om nibus impedimentis liber meroris alienatio mandatorum fides. Nudus monachus mun di totius est dominus. Deo.n.curam sui credi dit.& per fidem omnes possidet seruos. Non dicet homini necessitatem suam sed que affe rũt quasi de manu domini suscipiet. Nudus operarius totius mortalis affectiõis inimicus que sibi ad sunt quasi non sint ita existimat & si apprehendit. Anachoresis omnia arbitrabi tur ut stercora. Sin uero cõtristetur in aliquo nu ndum que sit uera nuditas agnouit. Vir nudus purissimam orationem emittit. Qui uero cupidus est materie ymagines in oratio ne uersat. Qui in sancta subiectione durant a cupiditate longissime remoti sunt. Quid.n. iam habeant proprium qui ipsum quoq; cor pus suum alieno imperio exposuerunt? Hu iusmodi imo hoc tantũ detrimento affici cõ sueuerũt ꝙ ad migrandum prompti semp ac parati sunt. Vidi plerunq; monachos in loco ex aliqua materia sibi tollerantiam acquisiuis se quibus tamen eos ego beatiores censui q propter dominũ uirtutẽ illã sectãtur Qui sup na gustauit facille terrena cõtẽnet. Qui uero

fine gustu illo℞:& terrenis letatur possessioni bus.Is qui sine ratione nuditatem hãc sequit̃ duabus ex ptibus ledit̃.Nam & p̄sentibus abstinet.& futuris priuat̃.Caueamus ergo o mo nachi ne auibus ĩfeliciores uideamur ille: nõ solicite sint:neq₃ cõgregant.Magnus & ille q dē est qui pecuniis gratis renunciat . Sed ille profecto sanctus est:q uoluntati sue abrenun tiauit.Nã alter qdē centuplũ siue p pecunias siue p gratias accipiet:alter aũt sempiternã ui tã hereditario iure possidebit. Neq₃ fluctꝰ un q̃ deerũt mari neq₃ auaro iracõdia & meror d̄ esse poterunt.Qui auaritie materiã cõtempsit hic lite oĩ & cõtrouersia liber eu asit.Qui uero possidere amat ꝑ acu ēt usq₃ ad morte corri xabit̃.Fides cõstans circũdet curos.Porro mor tis memoria corpꝰ ip̄m quoq₃ abnegabit.Nõ fuit in Iob ullũ auaritie uestigiũ atq₃ priuatus oĩbus sine turbatione pstitit.Merito radix ma lo℞ oium & est & dicitur.Hoc.n. & scelera & furta inuidias cedes diuortia. Inimicitias pro cellas iniuria℞ memoriã crudelitatem mala deniq₃ omnia inuenit modica ignis sintilla ĩ gentem siluã accendit pleriq₃ totam succende runt.unaq₃ uirtute qua.s.nullis mortaliũ rerũ afficimur:uniuersa uitia illa diffugunt. Porro huiusmodi uirtutem experimentum gustus-

ꝙ dei parit & cura solicita reddende a nobis in fine orationis. Nō ignorat qui intentius legit matris malorum ratiōem. At.n.in sua nequam & execrabili stirpe secundam suam esse progeniem lapideam insensibilitatem. Sed ꝓhibuit me proprium illi ordinem distribuere serpens ille multicipes ydolorum seruitus: qui nescio quo pacto tertium ordinem apud patrum discretissimos in octo principalium uitiorum cathena sortitus est. Quem nos cum mediocriter tetigerimus loquriam de insensibilitate uolumu quippe que tertia ab ea: dicitur: que secunda in ordine generatiōis ē post q̄ rursus de sōno & uigiliis. Preterea ēt de puerili atq; ignauia formidie paucis differemus. Hi enim morbi proprie illorum sunt qui adhuc rudes imbuuntur.

De insensibilitate. Gradus Decimusseptimus.

Insensibilitas. Et in corporibus: & i spiritibus est mortuus sensus ex diutino langore in insensibilitatē desinens. indolentia est q̄ ihabitum transiuit: negligentia segnis ac torpens

animi intentio presumpt / onis est germē ala critatis impedimentū fortitudinis laqueus cō punctionis ignoratio desperationis ianua ob liuionis mater quā cū genuerit ipsius filie sue fit filia timoris exclus:o indolēs est stultus phi losophus ab se ipso damnatus. expositor sibi met contrarius locutor. Cecus uidendi magi ster De sanitate uulneris disputat atq3 id fri cando ex asperare non desinit. Contra mor bum loquitur & que sunt noxia manducare non cessat. Aduersus se ipsum orat & protius ad opus suum proficiscitur. Id dum perficit sibi ipsi indignatur nec uerborum suorū pu det miserū. Male facio clamat. & tamē acrius instat. Os contra uitium orat. & corpus pro uitio luctatur. De morte phylosophatur: qui quasi non sit moriturus ita uiuit. de separatio ne corporis & aīe seuerius admonet & quasi sempiternus futurus sit dormitat. De conti nentia disputat. & pro gulle concupiscentia certat cum de futuro iudicio legit subridere incipit. De ianis glorie fuga meditatur. & ea dem in ipsa lectione capitur. De uigiliis dum loquitur expectoratur & ipse somno ptinus iniungitur Orationem collaudat & eam nō secus q̄ flagellum uitat. obediētiam summis audibus effert primusq3 ipse contra eam agit

eos qui nulla mundi affectione compediun tur extollit nec erubescit ipse pr ouili panno contendere atq pugnare. Intus amaricatur atq in ipsa amaritudine rursus irascitur nec sentit dum ruinam adicit ruine. Saturatus penitentiam agit modicumq progrediens rursus saturitate distenditur. Silentium beatū dicit ipsumq per loquacitatē laudat. De mā suetudine admonet & in ipsa doctrina non nunq̄ irascitur. Cum resipuerit ingemit atq agitans caput rursus perturbatione corripi tur uituperat risum ac subridens de gemitu docet Semetipsum ut inannis glorie cupidū in plerisq accusat & per eam sui uituperatio nem sibi gloriam querit Affectu libidinis in faciē respicit & de pudicitia disputat. deserti & qetis sectatores ipse ī seculo degēs collau dat Misericordes glorificat & paupēs expb it Semper sui accusator est & tamen resipisce re non uult ne dicam nō potest. Vidi ego hu iusmodi plurimos cum de exitu eternoq iu dicio uerba fieri audirent illacrimari & cum ad hoc essent ī oculis lacrime ad mensam so licite accurrere. admiratusq sum quomodo luctum quoq hoc pernitiosa & male olēs do mina captiuare potuit ingenti insensibilitate captiuata uel robotata. Sed lapidee huius &

precipitis insaneq̃ simul & fatue domiẽ uul-
nera & dolos quam satis uisum & pro tenui
cognitione & facultate mea denudaui neq̃
diu aduersus illam uerbis pugnare consilii ẽ
Porro si q̃s in domino est qui expimento suo
possit uulneribus afferre remedia non illum
pigeat id exequi. Ego enim imbecilitatem in
hoc meam ingenue confiteor quippe qui ab
huiusmodi peste forte detineor. Nam neq̃
fraudes illius & arces a me ipso potuissem de
prehendere nisi hanc summa ui tenuissem
eamq̃ diligenter examinans que p̃dicta sunt
confiteri fecissem. timoris domini & infatiga
bilis orationis illam duplici flagello cedens.
Quo circa & hoc diuine uidebatur uiolenta
illa & nequissima domina. Hi qui mihi fe-
dere deuincti sunt mortuos uidentes rident
in oratione stãtes lapidei toti & duri tenebris
q̃ pleni sunt. sacramq̃ intuentes mensam q̃-
si ad gustandum cõmunem panem cum ue
nerint affecti sunt. Ego cum aliquos cou-
pungi uideo irrideo. Cuncta que ex affectus
alacritate gignantur bona. Is qui me genuit
pater necare me docuit. Ego risus mater. Ego
somni sũ nutrix Ego satietatis aĩca ego cũ re-
prehendor nõ doleo ego false religioni spetiei
connexa sum. Itaq̃ stupore percussus atq̃ insa

ne sermonibus territus Interrogabam quod esset eius genitoris nomen illa uero ad me: Ego inquit non tantum unam homo natiui tatem sed numerabilis quodammodo & ista bilis ratio mee conceptionis est: me facietas roborat·me tempus auget.me pessima consuetudo consolidat. Ea uero que detinetur ame nunquam liberabitur insiste ingentibus uigiliis. Iudicium sempiternũ Infatigabili stu dio meditare. Ita tibi forsitan parumper ce dam intuere diligẽtius occasionem ex qua ti bi nata sum & aduersus matrem meam con stanter certa Neq; enim una mihi indifferẽ ter est mater: Inter sepulchra frequenter ora eorumq; indelebilem ymaginẽ in corde tuo pinge Hanc enim nisi ieiunii stillo tibi descri pseris me in eternum uincere non poteris.

De somno oratione psalmodia in conuẽ tu: Gradus.xviii:

Omnus est nature exparte constantia. ymago mortis sensuum ferie: unus quidem: est somnus habet autem plurimas sicut & concupiscentia occasiones: siue causas fit enim uerbi gratia: ex natura: ex cibis

ex demonibus fortassis uero ex somnio Immoderatoq; ieiunio ex quo dum caro lascescit se ipsam iam per somnum consolari querit. Sicut inmoderatus potus ex consuetudine pendet & ita de somno sentiendum est. Quo circa in iniciis renuntiationis contra hoc uigilantissime pugnandum est. Perdifficile est.n. longam consuetudinem curare. Obseruemus diligentius & inueniemus cum insonuit issi gnum spiritualis tube uisibiliter quidē congregari fratres inuisibiliter conuenire inimicos: atq; hos quidem cum ex perrecti fuerimus astare lectulo: nosq; ut iterum decubemus lectulo hortari. Expecta inquiunt dum compleantur principales hymni sicq; demum in ecclesia proficisceris. Alii. cū ad orationē assistere cepetimus nos in somnum precipitant Alii preter cōsuetudinem uentrem immoderate stimulent. Alii ut inuicem colloquamur hortantur. Alii mentē nostram inturpes cogitationes pertrahunt. Alii super parietem reclinare nos ut debiles admonēt. Nonnunquā uero ossitare etiam inmodice faciunt. Nonnulli illorum orationis tempore risum nobis mouent: ut per hunc ad indignationem contra nos deus puocet: Alii p sumā desidiā festinare nos i uersuū pronuntiatione ipellunt.

Alii contra psalmodiam protrahere uolupta tis causa hortantur. Nō nunquam uero ori ēt assidentes nostro ita illud claudūt ut uix api ri possi e uideatur. Is q̄ dum orat deo se assiste re intimo cordis affectu existimat ut colum- nā perstabit īmobilis: nec ab ullo horum irri detur quos mō prediximus. uerus obediens mox ut ad orationem stare ceperit illustratur totus nonnunquam uero etiam exultatione perfūdimur. Est enim huiusmodi pugil prepa ratus & p integerrimmum purissimumq; mi sterium iam antea ignitus omnibus quidem possibile est cum multitudine orare. Plurimi uero cum uno solo unanime fratre conueni entius orant. Paucorum uero ualde est soli taria oratio. Si cum multitudine psallas pur- gatissimam & ab omni materia remotā ora- tionē offerre non poteris. Ceterū pexercitatō ne mentis ea que canūtur eloqa tūc speculare uel rursus dū ut uersū pximus finiat expectus intentius ora. Nihil dum oras imiscere oratio ni decet. siue illud inutile sit & otiosum siue utile & necessariū. Sed orationi & operi di- stribuenda sunt tempora. Quod manifeste docuit is qui magnum Antonium erudiuit angelus. Probat quidem aurum fornax sed stu dium & caritatē i deū mōachoꝝ pbat oratio

nis intentissima qualitas?

De Vigiliis Gradus.xix.

t Erreuis qdem ac mortalibus regibus qui astant alii expediti ac nudi fere sūt.alii faces alii clipeos alii gladios tenent : est autem ingens atq; incomparabilis primorum ad sequentes differentia. Quippe alii proprie cognati regis esse atq; familiarissimi solent.Hi uero serui & ministri & ista quidem ita se habent.Age uero iam nos quoq; quo nam mō in uespertinis diurisq; conuentibus & orationibus deo & regi nostro assistimus solertius inspiciamns.Quidā enim in uespertinis p noctatiōibus expeditissimū ab oī cura nudi puras ad orationē extēdūt māus:Alii cū psalmorū modulatiōe assistūt ī hac Alii lectiōi magis icūbūt Quidā p opus manuū ex īfirmitate uirilitate aduersus somnū repugnāt Nonnulli mortis meditatione se exercent ex huiusmodi cōsideratiōe cōpunctionē sibi acqrere studentes.Ex his omnibus p̄mi & postrēi diuinis excubiis insistūt.Si uero mōastice uite ꝑpiores sunt.Tertii uero iferiorem ambulāt uiā. uerū deuotione & uirtute offerentiū deus munera

ſuſcipit & extimat. uigilans oculis expiauit mitē immodicus ſomnus obtudit & excecauit animum. Peruigil monachus fornicationis inimicus: ſomniculoſus uero contubernalis eius eſt/uigilie incendium libidinis frangunt atq; a ſomniis liberant. Suffuſus lacrimis oculus: tenerumq; cor: & ad ſui cuſtodiā erectum: cogitationes cautiſſime obſeruat: cibos fornacis in morem conſumit: paſſiones edomat linguā reſtrigit & reprimit fugatque fantaſmata. uigilans monachus: piſcat cogitationes eaſq; p tranquilitatem noctis facillime & conſiderare & capere pōt. Dei amator monachus: mox ut ſonus tube icrepuerit ad orationem uocans: letus & ylaris dicit euge euge: negligens uero. uhe mihi uhe mihi Menſe preparatio gule deditos arguit. Orationis autem exercitatio: dei amatores Probat prior ille dum inſtructam conſpicit menſam geſtit letitia. ſequens autem meſtior fit. Somnus multus: obliuionis opifex uigilie uero memoriam emundant. Diuitias agricole ex area & torculari colligunt. Monachi uero ſuas opes & ſciam: ueſpertinis maxime nocturniſque orationibus: & animi exercitationibus congregant. ſomnus multus iniquus: eſt ſocius: dimidium: uite: negligentibus

siue amplius dirripit-Improbus monachus in collocutionibus uigil & fabulis. Cum aūt orationis hora superuenerit somno illi grauātur oculi,molis & lasciuiis monacus in loquacitate probatus:at ubi lectio illata fuerit aspicere pre somno non ualet.Cum nouissima tuba insonuerit mortuorū erit resurectio. Ita cū sermo ociosus personare ceperit dormientiū erit euigilatio.Amicus fallax soporis tyrānus Nōnunquam postquā satiati fuerimus cedit fameque & siti nos acriter oppugnat. Opus manuum cum orare pergimus ferre nobiscū suggerit:Aliter quippe uigilantium orationē demoliri nequiuit:primus hic rudibus oppugnando subrepit:siue ut eos Initio negligentiores faciat siue ut spiritum fornicationis uiam paret.Quousq; ab eo liberi summus cum multitudine psallere non deuitemus. Sepe enim fit ut astantium oculos ueriti dormitare erubescimus.Inimicus enim leporibus canis ita ē somno inanis glorie spiritus. finita die uenditor. Monacus uero psalmodia finita residens computat lucrum . permane post orationem sobrius : ac uigilans : tuncque cateruas demonum aspicies : Nam ut quia nobis in oratione expugnati fuerint post orationem iniquis nos phantasiis circū

uenire moliuntur. Residens obserua diligentius inspiciesq; eos qui consueti sunt primitias anime diripere. Fit nonnunquam: ut i somnis ex assiduitate exercitii laudabilis psalmorum meditemur eloquia. Plerunque uero demones ea suggerunt nobis: ut nos ad superbiam eleuent. Tertium genus dicere nolebam nisi me quidam coegisset. Anima que uerbū dei quottidie sine intermissione meditatur? Solet per soporem quoque in eodem morari. Est eni hoc secundum primi proprie remuneratio: qua. s. spiritus fātasmata: euitātur.

De ignominia formidine Gradus .xx.

Qui in cenobiis: siue conuentibus uirtutem arripit non ualde cōsueuit oppugnari formidine: qui uero remotioribus locis solitarius degit caueat ne unquam sibi formido dominetur cenodoxie germen: & infidelitatis filia formide puerilis est mos in uetula ab inani gloria oppressa anima. Formido est fidei conuersio in expectatione earum rerum: que non uidentur: tumor est: premeditatum preuisumq; periculum siue ita. Timor est sensus tremulus cordis qui de incertis calamitatibus iugiter

agitatur indignans.tumor est certe confiden tie ac securitatis priuatio.Superba anima est formidinis ancilla sibi ipsi fidens.sonitusq; & umbras rerum quarūlibet metuens.Hi quidē qui amant nec dolent formidine omnino ca rent.qui uero formidolosi sunt lugent & de sperant stuporem mentis plerūq; patiuntur & merito sane:iustus.n.cū sit deus superbos deserit ut relicti non extolli doceamur. con- cti quidem formidolosi sunt qui inanem glo riam sequuntur.Nō autem ideo omnes quo q; qui carent formidine sunt humiles. Nam & latrones & qui sepulcra uiolant nulla for- midine trepidant. In quibus locis consuesti expauescere ad ea non te pigeat noctu profi cisci.Nam si his que praua sunt cedas: conse nescet tecum puetilis ista & ridiculosa pertur batio Dum uero ad ea proficisceris oratio- nis armis accingere. Et cum peruenetis ex- tende manus:& yesu nomine cede inimicos Nulla enim neq; in celo neq; i terra sunt ar- ma potiora.liberatus ea peste liberatorem tu um collauda.Nam si illi gratias referas i eter num proteget te.Nunq̃ poteris uentrem subi to implere ita ne formidinem quidem statim uincere ualebis. Pro mēsura luctus formido citius uel serius recedit. inhorruerunt pili

carnis mee(iquit elyphas)demonis astutiam enarrans. Aliquando quidem anima non-nunquam uero corpus ante formidare incipit:alterumq; alteri passionem communicat Quotiens formidine concepta in carne:metus improbus in animam irrumpere non potest:iuxta est infirmitatis huius liberatio. At cum per contritionem cordis insperata omnia prompte expectamus:tunc reuera formidine sumus liberati. Non tenebre non locorum solitudo:demones contra nos roborant:sed anime sterilitas:plerunq; uero etiam disciplina diuina nobis dispensatione permissa. Qui uerus seruus est domini:proprium solumq; dominum timebit. Qui autem necdũ metuit umbramq; suam sepius extimuit. Instante quidem inuisibiliter spiritu terretur corpus astante uero angelo exultat humilium animus. Quo circa ex affectu huius presentiam agnoscentes otyus ad orationem recurramus. Nam ut nobiscum oret nosq; adiuuet clementissimus castos ad nos aduenit.

De cenodoxia Gradus Vigessimusprimus.

S Olent pleriq̄;.dum de uitiis dispu tant inanem gloriā seorsum diffinire a supbia.unde & octo esse prīcipalia . & primaria uitia dicunt. Theologus uero Gregorius aliiq̄; plurimi doctores septem ista esse tradiderunt: quos ego maximo sequor.Quis enim inanem gloriam deuicit:& superbus fuit?Ea uero est ambarū adinuicem differentia:que est naturaliter pueri ad uirum & tritici ad panem. hoc enim prīcipiū est illud finis.Nūc igit̄ deiuitō & plenitudinis passionum:nephario.s.tumore:tempore admoniti:paucis loquamur.Qui enim de his longissime philosophari nititur:is ei similis est qui de uentorum pondere ī cassum curiose querit. Concordia est specie quidem immutatio nature:morumq̄; peruersio: & obseruatio:querelle:qualitate uero:laborum dissipatio.sudorum perditio.thesaurorum insidie perfidie alumna.superbie precursor.in portu nauffragium:in area formica:que & si tenuis est:laboribus tamen omnibus & fructibus insidiatur.Expectat formica dum perficiatur triticum . Cenodoxia uero dum congregentur opes.Gaudet illa ut furetur.Hoc autē ut dissipet: gaudet desperationis spiritus cum uidet multiplicari uitia.Cenodoxia uero cum uir

tutem multiplicari uidet. Prioris ianua multitudo uulnerum Si uero diuicie laborum obserua diligenter & usq; ad mortem & sepulcrum inuenies hanc nephariam labem cottidie uestibus unguentis pompis aromatibus & aliis florere lucet omnibus affatim sol omnibusq; studiis cenodoxia aggaudet. uerbi cã Ieiuno: inaniter glorior. latendi causa soluo ieiunium tanquam prudens iterum glorior. Si splendide uestis: uincor ea peste. Si uilius induar denuo glorior. Si loquar hac superor si taceã iterum superatus sum. Quocũq; hũc tribulum ieceris erecto persistit aculeo. Eiusmodi uero gloriosus est fidelis ydolorũ cultor qui deum quidem collere & uenerari uidetur hominibus uero non deo placere studet. Omnis autem huiusmodi est qui obstentatõi obsequitur. eius uero ieiuniũ absq; effectu mercedis erit eius item improba oratio utraq; ad hominum laudẽ captãdũ operat. Monachus ianiter glorians. Duabus exptibꝫ ledit. Corpus. n. p afflictionẽ conterit nec ullã inde mercedẽ recipit. Quis non rideat cenodoxie operatium qui dum ad psalendũ stat ab ea exagitatus interdum in oculis omniũ deflet? Abscõdit deus nõnũq̃ ab oculis nostris ẽt q̃ possidemus bona uir aũt laudator

ymo uero seductor per laudes oculos aperit nostros his autem apertis a nobis euanuere diuitie. Adulator est demonum minister sup bie dux compunctionis exterminator bono rũ demolitor erroneus ductor. qui. n. beatos nos dicunt inquit ille nos seducunt. Sublime est quidem illatas contumelias fortiter liben terq; pferre sanctum uero ac iustũ laudes abs q; lesione transire. Vidi lugentes dum lauda rentur iracundie facibus succendi: & ueluti ĩ mũdis passione passionem cõmutare. Nemo que sunt hominis nouit nisi sanctos hominis qui in ipso est. erubescãt igitur & obmutescãt qui nos beatos in faciẽ dicere nituntur. Cum audieris q; te uel proximus uel amicus tuus maledictis insectatus sit absentem sine & pre sentem tunc ostẽde caritatis opus atq; illum ipse collauda. magnũ quidem est laudes ho-minis ab aĩa excutere sed longe maius auer sari demonũ laudes. Non ille humilitatem ostendit qui se ipsum deicit & uilem dicit. qd .n. mirũ si se ipsum tolleret : sed qui ab alio probris respersus caritatẽ in illum integram atq; inuiolabilem seruat. Animaduerti ceno-doxie demonem dum cogitationes fratri sug gerent alteri quoque prius eas reuellasse ut cum ab eo que in corde suo uersarentur: Au

ditet hunc ueluti precognitorem ac beatum diceret.Ipsa quoqꝫ corporis membra carpere repentinosqꝫ corpori tremores excitare cõsue uit impurus hic spiritus Nõ illum audias cum tibi ut episcopatum uel monasterii principatũ suscipias ingerit.Est enim laboris immodici canem a macelli mensa amouere.Solet cum uiderit aliquos uel modicum inquietis propo sito ac tranquillo statu profecisse mox ut reli cta heremo ad seculum proficiscantur horta ri.Abi inqẽs in salutem animarum pereũtiũ Alia ethyopum est:& alia statuarũ form ita & alius modus est inanis glorie eorum qui in seculo morantnr alius eorum qui in desertis degunt.Seculariũ aduentus preuenit inanis gloria leuioresqꝫ monachos aduenientibus obuiam progredi hortatur. eorumqꝫ prouo lui pedibus Itaqꝫ est superbia plenissima hu militatem.simulat mores habitum incessum qꝫ moderando componit submissaqꝫ loqui tur uoce atque ad manus peruenientium ut aliquid accipiat respicit Dominos ac patres & primarios appellat & qui post dominum sunt uite illorum causa. Ad mensam re sidentes abstinere hortatur & inferiores absqꝫ misericordia exagitat.Eos qui in psalmodia negligẽtiores esse solẽt fortiores facit.Mutisqꝫ

& sine uoce uenustatem uocis adicit.somni culososq; uigilantes efficit. ad ulatur ei qui preest canoni primatumq; sibi largiri affectat Et dum hospites abscedant patrem illum & magistrum nominat. Eos qui honorati sũt superbos facit:& qui despecti iniurie memores ostendit. Cenodoxia nonnunquã pro honore ministrauit ignominiam suis enim discipulis irata confusionẽ illis maximã induxit. Cenodoxia feruidos iracondia mites in conspectu hoium & mansuetos fecit. hec naturalibus bonis & donis ut plurimũ insilit & per ea infelices trahit uel sternit. Vidi demonem socium ac fratrem suum perturbasse atq; effugasse. Nam cum aliquando frater irasceretur aduenirentq; interea seculares hospites:ex iracundia incenodoxiam translatus est miser simul enim utriq; seruire non poterat. Is qui se ipsum cenodoxie uendidit duplicem uiuit uitam. Nam inter monachos habitu degens:in seculo mente & cogitatione uersatur si ad supernam gratiam festinamus accurrere supernam gloriam degustare studeamus. Qui enĩ illam degustauerit terrenã oẽm protinus contemnet. Miror enim siquis absq; illius gustu hanc possit aspernari. sepe fit ut qui ab inani gloria predati ac uastati sumus conuersi post

modum illam acrius uastemus. Vidi quosdã operarios spirituales exercitum ex inani gloria cepisse. Abiectoq; postmodũ noxioq; uitioso principio correcta intentiõe laudabili fine qd minus recte ceperant consummasse. Qui in prerogatiuis naturalibus puta acumine peritia lectione pronunciatione ingenio ceterisq; omnibus que nobis sine nostro labore proueniunt extollitur: hic nunq̃ eis que supra naturam sunt bonis potietur. Qui. n. in modico infidelis est in multo quoq; infidelis erit. Eiusmodi uero est seruus inanis glorie. Pleriq; ut supernam tranquilitatem diuitiasq; gratiarũ ac miraculorum perpetrationem & uirtutem prenoscendi adipiscantur: corpora sua in cassum contriuerunt ignorantes miseri q̃ non labores sed summa humilitas huiusmodi munera pariat. Qui munera pro laboribus exigit hic periculosum iecit fundamentum. Qui uero seipsum debitorem extimat. Is insperatas gratiarum opes repente suscipit. Caue ne proditori unq̃ obtemperes. Cum te quasi pro audientium utilitate uirtutes propalare suggerit. Quid enim proderit homini si mundo uniuerso prosit: sibi uero ipsi detrimẽtum faciat. Nichil eque ut humilis nec ulla simulatione fucatus habitus intuentes edificare poterit.

Fit enim & aliis uiaticum nunquam extolli. Quo quid maius ad utilitatis rationem esse possit.non uideo.Horruit quidam ex his qui uidere acutius poterant narrauitq; qđ uiderat :cum sederem inquit in cetu quodam ad uenientes ad me cenodoxie & superbie demones iuxta me ex utraque parte sederunt.& unus ex his:qdē digito suo illo nouissimo:pulsauit latus meũ hortans ut aliquid qđ ad contemplatiõem pertineret siue opus quodlibet in deserto a me gestum loquerer.Quem cum a me experlissem dicens conuertantur retrorsum & erubescant qui mala cogitant mihi:ptinus is qui a sinistris erat ad aurem mihi dixit.Eya bene fecisti:magnusq; effectus es:qppe qui imprudentissimam matrem meã uiceris:ad quem ego rite sequentia : uersus assumens . Dixi auertantur statim erubescentes q dicunt mihi.Eya bene fecisti . Eũdem ego cũ interrogassem quomodo inanis gloria sit superbie mater ita respondit.laudes inquit animam eleuant & inflant.Porro cum anima ad elationem uenerit iam tunc illa supbia assumens in celum usq; attollit:& usq; ad abissos deicit.Quedam gloria est que a domino prouenit ego enim inquit eos qui me glorificant glorificabo: est & alia que ex diabolico appa

ratu & fraude proficiſcitur. ueh enim inquit cum uos benedixerint omnes homines. Priorem apertiſſime cognoſces cum illam ut detrimentum exiſtimans: omni conatu auerſatus fueris: & quocunq; proficiſceris conuerſationem tuam occultaueris. Secundam uero cũ uel parum aliquid: ut ab hominibus inſpitiaris operatus fueris. fingere eam que in nobis non eſt uirtutem ſcelerata ſuggerit. Sic enim inquit luceat lux noſtra.co.ho.u.ni.o.n.b.& g.p.u.qui in celis eſt. Plerũq; dominus inanis glorie cupidos in illius odium p aliquam cõtingentem ſibi ignominiam traduxit. Cuius odii initium eſt oris cuſtodia amorq; uilitatis & ignominie. Medium uero Intellectualium omnium inanis glorie ſtudiorum amputatio Finis uero(ſi tamen ullus eſt abyſſo finis) ea omnia coram multitudine ſtudioſe ac ſine ullo doloris ſenſu querere que ad ignominiam pertinent noſtram. Noli confuſionem tuam abſcõdere.q.id ueritus ne tibi uidearis offendiculum ponere. Iam uero etiam ſecundum culpe & erroris ſpeciem non eodem fortaſſe medicamine ſemper utendum eſt. Quotiens nos gloriam aduocauerimus: ſiue cum inuocata ab aliis tamen ad nos ſpremiſſa peruenerit ſiue cum ad inanẽ gloriam ſtudioſe

aliqua facere tentamus: luctus nostri meminerimus: ac nostre secretioris ac trepide orationis. prorsusq; illius improbitatem obtundemus: atq; in reuerentiam transferemus. Si tamen uere orationis nobis cura est. Sin autem: uel mortis nostre considerationem citius arripiamus. Si uero ne id quidē possumus uel eam confusionem metuamus que gloriā inanē sequitur. Qui.n.se exaltat humiliabitur non futuro seculo sed etiam in presenti. Quotiēs nos laudatores imo uero seductores laudare ceperint citius iniquitatum nostrarum multitudo: memorie occurrat. Inueniemus nos ipsos indignos: his que in nostram laudem dicuntur uel geruntur. Sunt inter inanis glorie studiosos qui i quibusdam petitiōibus suis exaudiri a deo debeant, quorum deus.iō anticipare orationes & preces consueuit. ne per orationis studiū id qđ petierant accipientes supbiores fiāt. Nō ualde solent qui simpliciores sunt i uenenū istud incidere. Cenodoxia quippe est simplicitatis amissio: fictaq; institutio: uermis plerūq; dum excreuerit natis alis in sublime subuectus est. Ita & consumata inanis gloria supbiam peperit que malorū omnium dux princeps & consumatio est.

De Superbia. Gradus. xxii.

Vperbia.Eſt dei abnegatio.Jnuen tio demonũ.Aſpernatio hominũ. Condemnationis mater. Sterilita tis augmentum.Laudum progenies.diuini adiutorii expulſio.ſtuporis pcurſor.Lapſuum miniſtra·Caſus materia.Jracũdie fons.Simulationis ianua.Firmamẽtũ demonum.Deliɫtorum cuſtos.Duritie &crude litatis artifex . Compaſſionis & miſericordie ignoratio: Amarus exaɫtor . Immutis iudex. Dei aduerſatrix.Jnitium ſuperbie finis eſt inanis glorie . Medium uero deſpeɫtio proximi & laborum ſuorum ipudens diuulgatio. Laus in corde reprehenſionis odium. Abnegatio diuini adiutorii . propriiq; ſtudii elatio & confidentia demoniacus mos audiamus itentius omnes qui foueam iſtam cupimus effugere: A gratiarum aɫtione plerunq;.hec peſtis teterrima ſolet incrementa ſuſcipere.Neq;.n. unɫtio improbe deum abnegare ſuggerit . ui di quendam deo gratias ore agentem:ſenſuq; ſuperbe gloriantem. Teſtatur id aptiſſime phariſeus ille qui dixit. Deus gratias ago tibi ubi ruina cõtigit illis antea ſuperbia taberna culum fixerat.Prius enim illud hoc ſubſeqns idicat:ponamus duodeci eſſe paſſiones igno minie . Audiui inſignem quendam & hono-

rabilē dixisse mirū si unā harū elationē dicō uolūtate diligas sola ea reliq̄rum undeci loc ū īplebit. Altū sapiens mōachus cōtradicit ue- hemēter humiliter aūt sētiēs cōtradicere ne- scit. Non sustinet cipressus in terram inclinari neq; monachus ꝗ elatus corde optemperare. uir excelso corde dominari appetit Aliter enī perire ut cunq; non potest vmo non uult Su perbis deus resistit. Quis iā illos miserari pōt? Immūdus apud deū est omnis elato cordē q̄s iā huiusmodi mundare poterit. Disciplina q̄ dem supborū lapsus est stimulus demō dere relictio aūt stupor & in illis quidem prioribus homines ab hominibus sepe curati sunt extre mum uero curari ab hominibus non potest Qui reprehēsionem ab se excutit hoc se mor bo laborare significat qui uero illam admittit pestis eius uinculo solutus ē Si absq; alio ui- tio hoc solo celestis quidam de celo corruit querendum an forte humilitate sola sine uir tute alia possibile sit in celum conscendere: Superbia est diuitiarum uirtutis sudorumq; perditio Clamauerunt nec erat qui saluos fa ceret. Id circo penitus quia superbia id fece- runt: Clamauerunt ad dominum & nō exau- diuit eos ideo omnino q̄a cās quas orabant

non absciderunt superbientem fratrem pba⸗tissimus quidam ac discretissimus senior spe⸗tialiter corrupuit: At quem ille cecutiens ait Ignosce pater Neq inaniter glorior neq su⸗perbus sum. Tunc sapientissimus senior ad eum & quo nam inquit modo Fili decla⸗mare manifestius potuisses te hoc morbo la borare. Talibus itaq plurimũ confert subie⸗ctio deuota crassus atq ignobilius institutũ uite uirtutumque clarissimorum patrum ea rũque naturã excedere uident intentissima le ctio. Fortasse uel sic erit huiusmodi lãguenti bus aliqua salutis spes Pudor est alieno orna mento gloriari extremeq dementie de donis extolli. Queque tibi ante natiuitatem fuere uirtutum bona eis solis gloriare nam que ti⸗bi deus largitus est ut ipsam quoq natiuita⸗tem quas uirtutes preter mentem acquisisti ille sole tue sunt. Mentem enim tibi largi⸗tus est deus. Et que extra corpus exegisti certa mina ex tuo solo studio fuerunt. Corpus quippe non tuum ẽst opificium sed dei. No⸗li confidere quo ad sententiam suscipias. Cũ uideas quendam qui postq̃ itroductus in tha lamum fuerat atq succubuerat ligatis ma⸗nibus & pedibus in exteriores religari tene⸗

bras.Noli elata ceruice gloriari luteus cũ sis plurimi.n.qui sancti atq; omni materie pudore fuerant liberi de celis deiecti sunt. Cum i suis operatiis locum ceperit demon tunc iã ipsis in somnis aut per uisum in figura sancti angeli uel martiris alicuius apparens misteriorum reuelationem uel gratiarum munera largitur:ut per hunc modũ seducti miseri perfecte demum sensu integro & sanitate mẽtis excidant.Etiam si mille mortes pro xp̃o pateremur ne sic quidem satisfacere aut debitũ nostrum implere possemus Alius quippe est dei alius seruorum sanguis(secundum dignitatem dico)non secundum substantiam. Nũquã nos ipsos disquirere & diiudicare desinamus.iugiter probatissimorum patrũ qui ante nos luminarium in modum splenduerunt uitam ac mores intueamur nosq; ad illorum comparationem studiosio examinemus tũc sane tunc nos ipsos ne uestigium quidem diligentioris conuersationis attigisse inueniemus:sed seculari ad huc instituto in morari monachus proprie est animi occulus ͦoi elatione carẽs in mobilisq; corporis sensus. Monachꝰ ẽ q hostes ferarũ i morẽ ꝓuocat & Irritat cũ illi ab ipso fugiãt mõachꝰ ẽ iugis excessus mentis ac meror uite. Monachus est qui

ita uirtutibus affectus ē ut esset uoluptatibus alius. Monachus est lux cordis oculos iugiter irradians. Monachus est humilitatis abyssus spiritū oēm precipitans & suffocans: superbia est fastus obliuionem peccatorum igerit. Nā illorū prepetua memoria humilitatis est opyfex. Superbia est anime suprema in opia dum illa diuitias ymaginatur lucem q̧ esse in tenebris existimat. Non solum non permittit hec execrabilis pestis in anteriora progredi sed etiam ex altitudine deicit. superbus est punicum malum interius putridum exterius uero decorem proferens. Superbus monachus demone opus non habet ipse enim sibi iam & demon & hostis & inimicus est. Alienissime sunt a luce tenebre & ita superbus a uirtute oī alienus est. Sunt in superborū cordibus blasfemie uerba inanimabus aut humilium celestia dona. Solem execratur fur superbus uero mittes aspnatur nescio quo pacto se ipsos plerique superbi latuerunt: & cū se putarent esse in passibiles in exitu paupertatem suam cognouerunt. Qui hac labe deprehensus fuerit domini auxilio illi opus erit: una est enī illi salus hominis. Deprehēdi. n. seductricē hāc sine capite mecum aduenisse nostris sue humeris in uectā ambas q̧ obediētie uinculo illaqueans

uilitatisq; flagello uerberās qualiter i me essēt igresse dicere cogebā.Itaq; cū cederent aiebāt Nos neq; initiū habem9 neq; natiuitatē prīci pes.n.& gēitrices sum9 omniū uitiorū Oppu gnat aūt nos ī modice cōtrictio cordis ex sub iectione initiū sumens.Nullius īperio subici patimur.Ideo in celis quoq; seditiones mo-uemus.Nos ut totum simul audias omnium q̄ sunt cōtraria humilitati genitrices sumus cō cta qppe q̄ illi suffragātur nobis aduersissima sunt Nos ī celo ipso fuimus & quo fugies afa cie nostra. Nos ignominias obuiā in irascē tiā obliuionē īiuriarū & ministeriū sequi se-pe consueuimus. Porro stirpes nostre sunt spiritualiū lapsus iracūdia detractio.Amaritu do clamor.furor blasphemia.Ipocrisis. odiū Inuidia contradictio suoq; alterius malle re-gi moderamine in obia unum & solum est ī quo conatus oēs uiriū nostrarū deficiūt Idq; tibi forte dicimus. Si te ipsū corā domino ex intimo cordis affectu semper accuses nos ut araneas contemnes. Nam ut uides superbie est equus cenodoxiā q̄ consendi.Sed scā hūi-litas & sui ipsius iugis accusatio ridebunt & equū & assesorē eius triūphale q̄ tamen sua-uissime canentes Cantemus domino glorio e.h.e.c.&.a ꝓicit ī more & ī hūilitatis abyssū

De ieffabilibus cogitatōibus blasphemie.

Gradus.xxiiii.

Ceue. Radicis & matris ſeniorem s eſſe progeniē in ſupioribus audiuimus uidelicet nepharie ſuperbie ſceleratam filiā blaſphemiā Id circo neceſſe ē eā i mediū adduci. Neq;.n.q̄uis ē iſte inimicus ſed hoſtibus oībus imma nior & grauior. Et quod duriusē nō facile ſpi rituali medico enūtiari ad confitendo denu dari poteſt. Quo circa plurimis nōnūquā deſ perationis & diffidentie cauſa fuit omni illo rū cōſūpta ſpe nō ſecus q̄ a uerme conſumit li gnū. Iſte igit̄ iſte ſceleratiſſimus & ſepe alias ad ſanctā ſinaxim & ad ipſā horrēdā ſacroꝝ miſteriorū horā blaſphēare dominū & i ipa q̄ cōſumātur ſacrata ſolet. Ex quo maxie māi feſte colligīus nō eē aiam noſtrā q̄ illa ītus uer balocuta ſit ipia & nō ferēda ſed demonē dei bonorūq; omniū aduerſariū q id circo d̄ celis deiectus ē ꝙ illic quoq; dū ſe p ſupbiā extollit ī deū quoq; blaſphemias & ↄtūelias iaculari uiſꝰ ē. Nā ſi mea ſūt turpia illa & ſcelerata uer ba qd ē ꝙ donū celeſte ſuſcipiēs adoro? Quō poſſū unā & bn̄dicere & maledicere. Plurios ſeductor iſte aiarūq; corruptor in ſtuporem & amentiam ſepe deducit. Nulla. n. alia cogitatio ita difficile: ut iſta enuntiari poteſt. Quo circa & multis plerunque conſueuit.

euenire.Nihil enim ita demones cogitatiõe ꝙ contra nos roborat ut eas in confessas in corde nutrire atq; occulere.Nemo sibi uerborum blasphemie, causam imputetur. Cordis quippe cognitor dominus nouit nostra non esse huiusmodi uerba & inuenta sed hostiũ nostrorum.Ebrietas offendendi causa est: & superbia cogitationum indecentium. atque his quidem qui offendit non quia offenderit sed quia ebrietatis causa id passus ē omnino punietur.cum ad orationem; stamus immunde ille infandeq; cogitationes nobis importune obstrepunt.At cum orationem finierimus protinus excedũt.Neq; enim oppugnare eos solent qui aduersum illas nos dimicãt Nõ solum autem deum & diuina omnia impius ille spiritus blasphemat:sed & turpissima quedam & deterima uerba in nobis intellectualiter loquitur.ut aut orationẽ deseramus aut nos ipsos in desperationem deiciamus. plurimorum quidem intercepit orationem. multos a sacrorum misteriorum communione separauit. Quorundã corpora merore tabetescit alios p ieiunium domuit nequã hic & inanis tyramnus:nullamq; eis requiem cõcessit.Idq; non solum i seculi hominibus. uerum & hiis quoq; qui monasticam uitam sub

ierunt fecit: nullam eis iam salutis spem reliquam improbissime suggerens: infidelibusque omnibus & ipsis quoque gentilibus miserabiliores esse denuncians: qui blasphemie spiritu se perturbari sentit: atque eo liberari cupit: pro certo habeat nō suam animam huiusmodi cogitationū esse cām: sed ipuz illū spiritū q aliqdo domino dixit. Hec oīa tibi dabo si pcidens adoraueris me. Id circo nosquoque contemnētes ipsum & q̄ ab illo dicūtur nihil existimātes: securi & ītrepidi dicamus. Vade post me sathanas. d. d. meū. a. &. i. s. sermo aūt dolusque tuus in caput tuū cōuertetur: & in uerticē tuum blasphemia tua descendet in p̄senti & in futuro seculo. Qui preter hūc modū: aduersus blasphemie spūm pugnare uult is ei sinum est qui manibus suis corruschationem cōtinere nititur. Nam quomodo uel cōprehēdere uel resistere aut reluctari aduersus eum poterit qui repente in coruenti instar ptransit habetq̄ uerbū momto uelocius cōfesti que euanescit. Nā hostes quidē reliqui insistūt pstant moresque trahūt ipsique aduersū se pugnātibus p̄bent: hic autem simul que apparuerit abscondit statimque ut locutus est mentem pertransiit. Solet plerunque in simpliciorum atque puriorum mentibus huiusmodi demon im-

